


*Omnibus
universi Ordinis Praedicatorum
Familiaeque Dominicanae
membris et sodalibus
fraternitatis amore destinatum
peramanter dicatum.*

Retro: S. Catharina Senensis, Christo Iesu intime coniuncta orat, vias hominum suae aetatis percurrrens vigilanti corde. P. M-ALAIN COUTURIER, O.P. (1897-1953) - Romae, apud S. Sabinam.



ORDO PRAEDICATORUM

DIRECTORIUM
pro celebrationibus
liturgicis

Edizioni Liturgiche Domenicane
Roma 1979

*Fratres exemplum sequantur S. Domi-
nici qui in domo et in itinere, die ac nocte,
assiduus erat in officio divino et in ora-
tione atque magna cum devotione myste-
ria divina celebrabat.*

(LCO, n. 56)

De mandato

Rev.mi Patris FR. VINCENT DE COUESNONGLE, O.P.
eiusdem Ordinis Magistri Generalis
editum.

SUMMARIUM

	Pag.
Praenotanda	5
De indole huius Directorii - De quibusdam Lit. Hor. et Missarum partibus - De liberis mutatio- nibus ad varietatem consequendam - De mune- ribus liturgicis Monialium et Sororum etc.	
Promptuarium rubricarum	27
a) pro celebrationibus diversorum graduum or- dinandis:	
b) pro memoriis ad libitum eligendis Beatorum calendarii « ad usum Provinciarum »	
<i>Tabula signorum et abbreviationum</i>	37
CALENDARIUM Sanctorum et Beatorum O.P.	41
Indicationes pro quibusdam Anni Liturgici ce- lebrationibus [sparsim allatae]:	
In Epiphania Domini (die 6 ianuarii) - In Prae- sentatione Domini (die 2 februarii) - Tempore Quadragesimae (ad limina mensis martii) - In Triduo Paschali (ibid.) - In Ascensione Domini (ad limina mensis iunii) - In Assumptione B.M.V. (die 15 augusti) - In Vigilia Nativitatis Domini	
Appendices	103
I. Textus liturgici:	
Praefationes propriae	
Sequentiae peculiare	
Formulae supplementares Missarum	
II. Textus Capituli Generalis:	
« Indicationes quaedam pro Celebrationibus li- turgicis in Ordine Praedicatorum »	
III. Index celebrationum alphabeticus	
Index Generalis	

« Ipsa voluntate S. Dominici, sollemnis et communis liturgiae celebratio inter praecipua munera vocationis nostrae habenda est.

In liturgia, maxime in Eucharistia, praesens operatur mysterium salutis, quod fratres in ea participant et contemplantur atque in praedicatione hominibus adnuntiant ut per sacramenta fidei Christo incorporentur.

In ea, una cum Christo, fratres Deum glorificant pro aeterno proposito voluntatis eius ac mirabili dispensatione gratiae, et Patrem misericordiarum interpellant pro universa Ecclesia necnon pro necessitatibus ac salute totius mundi. Ideoque liturgiae celebratio centrum est et cor totius vitae nostrae, cuius unitas praesertim in ipsa radicatur ».

PRAENOTANDA

« Omnes nos Evangelii sumus apostoli et, secundum spiritum S. Dominici una caritate coniuncti, vitam communem agere elegimus.

His duabus notis vitae dominicanae, apostolica scilicet et communitaria, oratio nostra ita afficitur ut ex eis specialem induat indolem ».

[Ex Actis Cap. Gen. 1974: Prooemium « De Liturgia et Oratione », n. 166]

*« ... Accurata et sincera reflexione cogitent
Fratres de orientationibus et exigentiis
quae hodie ubique diffunduntur; de sic
dictis novis stylis orationis qui in crism
ponunt modum habituales orandi... de
novis modis cogitandi de Deo, de Christo,
de fide, de mundo, de communione huma-
na, etc., necnon de eorum influxu in ora-
tionem. Attente determinantur, si quae
sint, incompatibilitates inter vitam urba-
nam hodiernam et spiritum orationis, ita
ut modus ad illis obviandum clare determi-
netur et sincere acceptetur ».*

(Ex Actis Cap. Gen. 1971: *Proemium* « De Sacra
Liturgia », n. 128)

**N.B. Tabula Siglorum et Abbreviationum
invenitur infra, p. 37 sq.**

PRAENOTANDA

De indole huius Directorii

1. Calendarium Liturgicum Ordinis nostri seu Directorium pro celebrationibus liturgicis nostris nondum edi potuit, forma completa et definitiva una cum Proprio O.P. — quocum intime connectitur —, prout erat in votis. Idcirco forma adhuc breviori ac provisoria prodit, pro communi utilitate.

2. Praesens Directorium nonnisi « Supplementum » est ad Calendarium Romanum Generale, pro Ordine nostro. Proinde ea tantum affert quae pro celebrationibus liturgicis Ordini propriis inserviunt.

3. Praeter nomina Sanctorum et Beatorum qui in *Calendario particulari pro toto Ordine* recensentur, in hoc Supplemento etiam includuntur (signo ★ distincta) nomina omnium aliorum Beatorum Ordinis nostri qui in *Calendario particulari ad usum Provinciarum O.P.* inscribuntur, die cuique propria. Eorundem *memoria*, iuxta facultatem a Sede Apostolica Ordini nostro concessam, celebrari potest sive in communi — modo pro unaquaque Provincia statuto et rite approbato vel a Capitulo conventuali determinato (cf *Acta Cap. Gen. O.P.* 1971, n. 130) — sive privatim, *ad libitum*, iuxta generales rubricas [cf SCSCD, Decret. 10 maii 1977 (Prot. CD 670/76) in ASOP, 43, 1977, 90-93].

4. Praeter receptos titulos Communis sanctorum, denominationes quoque *professionis* in Ordine, cuique sodalium coetui propriae, afferuntur et indicantur pro singulorum emolumento et communi Familiae Dominicanae gaudio, sequenti ratione (cf LCO, 1, IX et 149; et CP, 27c):

FRATER: pro religiosi sacerdotio auctis.

FRATER COOPERATOR: pro simpliciter religiosi.

MONIALIS: pro sororibus « claustralibus ».

SOROR REGULARIS: pro sororibus « Tertiae Regulae » in communi viventibus.

FRATER vel SOROR SAECULARIS: pro sodalibus Fraternitatum laicalium (olim « de Paenitentia ») S. Dominici.

Pro unoquoque illorum, brevis etiam traditur *nota hagiographica*, spiritualis potius indolis, ut par est, quam historico-biographicae, qua peculiaria quaedam lineamenta de ipsorum spirituali vita vel pastorali, doctrinali aut apostolica actuositate in lucem ponuntur, utilia pro initialibus admonitionibus, homileticis sermonibus, vel personali meditatione.

De eius dispositione et usu

5. Supplementum hoc secundum liturgiae instauratae rationem dispositum est, methodo quidem communiter recepta, absque tamen relatione ad determinati anni cursum, more « calendarii perpetui », practicitatis causa.

In ordinandis igitur celebrationibus liturgicis, principia generalia attendenda erunt necnon et « variationes in calendario » afferendae — pro adiunctis — iuxta generales rubricas. (cf. breve *compendium* infra, in *Promptuarium rubricarum*).

6. Intendit vero non unice in promptu tradere ea quae Calendarii sunt — ne Sanctorum et Beatorum Ordinis festivitates a nostratum memoria excidant —, sed et alia utilia communitatibus tradere pro divinis laudibus communiter persolvendis, atque auxilii esse quoque — pro modulo suo — vel ad ipsam diversorum elementorum profundiorum comprehensionem hauriendam, ita ut cuiusque communitatis actiones liturgicae veritate ac decore niteant actuosaque participatione potiantur.

7. Hinc, in Appendice, textus quidam liturgici novi Proprii O.P. traduntur qui — usque dum editiones eiusdem integri textus lucem videant — interim celebrationes nostras locupletare valeant. Textu integro afferuntur quidem « Indicationes pro celebrationibus liturgicis » in Ordine peragendis — quae improprie « parvum caeremoniale » appellantur — quorum momentum de se patet. Equidem hic inde vel parvae bibliographicae indicationes, tali alterove elemento illustrando perutiles memorantur, necnon et suggestiones afferuntur, quae inventionis quoque sensus apte provocant (cf. *Acta Cap. Gen.*, 1974, n. 166:

« Prooemium » de Liturgia et Oratione). Tandem in ipsis « Praenotandis » nonnullae animadversiones et practicae utilitatis indicationes adiunguntur ad communem utilitatem, Monialium praesertim et Sororum, non potius rubricas et normas resonantes sed vitam ac veritatem relationis et communionis nostrae cum Deo, et inter nos, intendentes.

* * *

De celebrationum gradibus

8. Celebrationes Sanctorum et Beatorum Ordinis nostri rite inter se distinguuntur et nominantur: *Sollemnitas, Festum, Memoria*.

Memoriae vero sunt aut *obligatoriae* aut *ad libitum*, et earum celebratio, cum celebratione feriae occurrentis componenda, semper suo loco exprimitur, excepto pro Beatis Calendarii particularis « ad usum Provinciarum », quorum memoria *de se* est *ad libitum*.

De Officiorum et Missarum elementis utendis

9. Usque dum Proprium O.P. — lingua latina proprioive uniuscuiusque idiomate — evulgatum fuerit apud omnes, pro Sanctis et Beatis *de quibus nihil habetur* in novis libris liturgicis, adhibenda sunt *Communia*.

10. Interim, tamen, fas erit Orationem (pro Beatis Calendarii « ad usum Provinciarum ») aliasque

partes proprias adhibere quae in veteri Missali vel Breviario O.P. inveniuntur, aut iam in promptu habentur de Proprio approbato, necnon et alia congrua elementa quae iuxta liturgiae instauratae normas et spiritum fas erit eligere, si id expedire videbitur.

11. Sancti qui in Calendario Generali Ecclesiae recensentur, quorum igitur elementa quaedam propria in communibus libris liturgicis inveniuntur, peculiari signo (◆) notantur.

* * *

De quibusdam Liturgiae Horarum partibus

12. Ex peculiari facultate Ordini nostro concessa, in *Memoriis Sanctorum nostrorum* ad Laudes matutinas et ad Vesperas *antiphonae propriae* adhiberi possunt cum *psalmis de feria* si aliqua peculiaris ratio id suadeat (SCSCD, CD 1590/77: ed. in ASOP, 43, 1978, 332).

13. Psalmi non sunt peculiariter selecti pro Festis Sanctorum nostrorum. Si opportunum videbitur hoc fieri poterit, additis etiam, si casus ferat, aliquibus orationibus psalmicis (cf IGLH, nn. 110, 112, 202).

Formulae precum pro Laudibus et Vesperis, ordinarie desumendae relinquuntur ex *Communi*, relicta facultate idoneos textus seligendi aut conficiendi in usum uniuscuiusque communitatis atque a singulis liberas intentiones proponendi.

14. IN COMPLETORIO:

a) Ad actum paenitentialem adhiberi etiam poterit formula *Confiteor* Ordini propria.

b) Cantatur antiphona *Salve Regina* et, si est possibile, fit processio. Deinde, secundum usum Provinciarum, addi potest, pro opportunitate, antiphona S.P. Dominici vel alius Sancti O.P. (EPA, nn. 20-21).

Nihil vero impedit quominus supradictae antiphonae transferri possint post Vesperas, praesertim cum populo celebratas, si Completorium non cantatur (EPA, n. 22).

c) Equidem nihil impedit quominus et aliae antiphonae propriae, praesertim quae pro tempore Quadragesimae inveniuntur in *Completorii Libello* O.P. (ed. Browne, 1957), pro opportunitate, adhiberi possint ad gratam iucundamque varietatem praestandam ac pleniorum significationem liturgicam assequendam (cf EPA, nn. 15, 16, 23).

De quibusdam Missarum partibus

15. In ordinandis diversarum celebrationum partibus ex Commune sanctorum varietate, illae praesius seligantur quae mysterio festi plenius intelligendo magis conferunt et coetui coadunato aptius cohaerent.

16. Pro celebrationibus universi Calendarii particularis totius Ordinis nostri, ad communem utilitatem, traduntur *Orationes collectae* propriae.

Ubi vero in novo Proprio O.P. duae inveniuntur collectae, ex speciali indulto Ordini nostro concessae, altera tantum affertur, quatenus prima plerique iam invenitur in communibus libris liturgicis. [De his magni praetii studium habetur in ASOP, 40, 1971, pp. 167-169; 1972, pp. 514-525].

17. Equidem, pro celebrationibus maioris gradus liturgici, afferuntur quoque indicationes circa *Lectio-nes* in Missa, quarum textus faciliter inveniri possunt, ut in pluribus vel in ipso Lectionario Romano.

Quantum vero ad ipsarum lectionum usum quod, ut par est, plerique est *ad libitum*, cavendum est ne a priori praeferantur sive Lectiones propriae seu appropriatae sive de feria. In quolibet casu perpendendum erit quid melius sit pro communitate et pro fidelibus, qui nostras celebrationes liturgicas participant. (cf IGMR, nn. 319-320).

18. Circa *Sequentias* meminisse iuvat momentum liturgicum huius generis « sequentiae » una cum congrua flexibilitate ad earum usum quod attinet — quatenus, ut par est, sunt *ad libitum* (IGMR, n. 40) — sive ante Evangelium, sive pro laeto cantico in fine Missae, sive in aliis singularibus celebrationibus.

a) Sequentia « Laetabundus » servari potest cum correctionibus a S. Congregatione pro Sacramentis et cultu Divino approbatis, circa ultimas strophas (cf

SCSCD, Prot. CD 1590/77: ed. in ASOP, 43, 1978, 332), prout indicatur infra (cf. Appendix I).

b) Sequentia S.P. Dominici, *ad libitum* dicitur vel integra — forma tamen retractata — vel forma brevior, prout indicatur infra (cf. Appendix I).

19. Sequentia, si casus fert, cantatur post ultimum *Alleluia* alternatim a cantoribus et a choro, vel a duabus partibus chori, omisso Amen in fine.

Quoties una tantum fit lectio ante Evangelium, post eam cantatur Responsorium Graduale seu Psalmus responsarialis vel *Alleluia* cum suo versu (Tempore autem paschali canitur alterutrum *Alleluia*).

Si non cantatur *Alleluia* cum suo versu, omittitur Sequentia.

20. *Praefationes* propriae afferuntur quoque, pro communi utilitate, in *Appendice* (I, 1-6), pro quorundam Sanctorum celebrationibus, videlicet:

- duae pro singulis festivitibus S.P. Dominici (24 maii et 8 augusti): quarum prima apostolicam eius missionem praessus commemorat, altera vero integrum ipsius charisma intuetur;
- una pro S. Thomae Aquinatis festivitate (die 28 ian.), eius praeclarum divinae veritati servitium exaltans;
- una pro S. Petri Martyris memoria (die 4 iun.), ex Missali Ambrosiano desumpta;

- una pro S. Augustini festivitate (die 28 aug.), ex textibus a Sede Apostolica approbatis pro Canon. Regul. S. Aug. desumpta;
- una pro S.P. Francisci Assisiensis festivitate (die 4 oct.) ex Missali Seraphico desumpta.

* * *

**De liberis variationibus in celebrationibus
ad optatam varietatem consequendam.**

21. Ad vitandum genus « standard » adnexumque fastidium in divinis laudibus persolvendis et sacris mysteriis celebrandis — minime probe satisfacti de simplici oneris adimptione —, non parum conferunt haud paucae *possibilitates variandi* quae vel ipsae normae liturgiae instauratae praebent, veritati orationis consulendi causa.

22. Per hanc maiorem variandi copiam, oratio nostra in communi multimode accomodari poterit diversis adiunctis — sive temporis sive locorum — atque exigentiis diversarum communitatum, necnon et necessitatibus et praeparationi animi et ingenio participantium aptius respondere, magno cum omnium gaudio et fructu spiritali.

23. Hanc autem maiorem variandi copiam, inter alia, praestant:

a) Quoad Missae celebrationem:

- ampla series (numero 45) Missarum et Orationum « pro variis necessitatibus » (cf MR) quae ÷ una cum ceteris orationibus de dominicis temporis ordinarii, missis votivis et memoriis ad libitum ÷ uti possunt pro celebratione diversificata feriarum per annum. (IGMR, n. 316/c et n. 323);
- formulae variae « salutationis » (cf MR) et breves « monitiones » praeviae, quae initio Missae praevidentur ad celebrationes introducendas (cf IGMR, 11);
- copiosae formulae actus paenitentialis (cf MR);
- ritus benedictionis et aspersionis aquae benedictae pro actus paenitentialis renovatione initio Missae (cf MR);
- abundantia lectionum easque seligendi facultas generalis (IGMR, nn. 318-320), quae insuper specialiter praevидetur in Missis « pro peculiaribus coetibus » (*ibid.*, n. 319);
- Praefationum copia et variae pro ipsis « introductiones et conclusiones » propositae (cf MR);
- Benedictiones sollemnes in fine Missae (cf MR);
- variae « Orationes super populum » in fine celebrationis (cf MR);
- formulae introductionis et conclusionis in ipso ritu haud stricte verbotenus praevisae, quas expe-

dire poterit veris condicionibus communitatis aptare (cf IGMR, n. 11);

Sub hac eadem ratione utiliter consuli poterit Instructio « Actio pastoralis » a SCSCD data, die 15 maii 1969, pro coetibus particularibus (Cf. KACZYNSKI, EDIL pp. 573-577, bibliogr. p. 577). Breve commentarium seu allusio adest in ASOP, 43, 1977, p. 268.

b) **Quoad Officium** (cf IGLH)

- facultas eligendi formularia diversa ab illis quae occurrunt (n. 246-252);
- variationes in totius Officii introductione (n. 34) et Completorii (cf. *Supra*, n. 14, a).
- electio longioris lectionis biblicae ad Laudes matutinas et ad Vesperas, praecipue in celebratione cum populo (n. 46);
- additio brevis homiliae, pro opportunitate — praesertim in celebratione cum populo —, ad praedicatam lectionem illustrandam (n. 47);
- facultas omittendi responsorium breve, post verbi Dei lectionem, et substituendi in eius locum alios cantus seu textus eiusdem muneris et generis, rite approbatis (n. 49);
- ampla possibilitas variandi « preces » in Laudibus matutinis et in Vesperis, sive quantum ad facul-

tatem addendi particulares intentiones (n. 188), si-
ve quantum ad diversos modos qui adhiberi pos-
sunt in illis perficiendis (n. 193);

- *sacri silentii observantia*, pro opportunitate et pru-
dencia:

aut post singulos Psalmos, repetita sua anti-
phona, praesertim si forte additur *oratio psal-
mica* (cf. n. 112);

aut post lectiones, sive breves sive longiores,
et quidem sive ante sive post responsorium
[cauto semper, tamen, « *ne tale silentium in-
troducatur quod structuram Officii deformat,
aut molestiam aut taedium participantibus af-
ferat* »] (n. 202);

- usus incensationis vel « oblationis » incensi ad
Laudes et ad Vesperas (n. 261; cf ICLOP, n. 30);
- varii modi uniendi, pro opportunitate, horas Of-
ficii cum Missa vel inter se (nn. 93-99).
- Orationes « super populum », quae ad libitum
adhiberi quoque possunt in fine celebrationis Of-
ficii (cf MR).

Praestat insuper hic impense revocare momen-
tum quod circa hoc in utraque celebratione obtinent
sive gestus et corporis habitus sive praesertim cantus,
qui magnam gratamque varietatem praebent.

**De muneribus liturgicis Monialium et Sororum
et de clausura pro ministris**

24. Quaedam sunt in liturgia nostrarum communitatum, quae specialiter Moniales et Sorores Ordinis afficiunt.

a) Munia obeunda in actibus vel ritibus liturgicis:

- In communitatibus monialium et sororum, deficiente sacerdote vel diacono, Priorissa vel alia soror ad hoc deputata potest omnia ea peragere quae, secundum ius liturgicum instauratum, a laicis fieri possunt.
- Hoc valet sive pro communibus in liturgiae celebratione muneribus obeundis (cf ICLOP, n. 22)
 - ut v.g. canere seu proclamare quaedam partes quae ordinarie in celebrationibus deputatis ministris assignantur —, sive pro ipsis actibus seu ritibus liturgicis qui ordinarie ministris ordinatis reservantur in Rituali (cf ARPA, n. 4) — ut v.g. exponere vel reponere Ss.mum Sacramentum, sacram Eucharistiam distribuere vel Viaticum ad infirmos deferre, et similia —, secundum quod de illis cavetur in ipsis libris liturgicis, praevis semper — ubi oportet — Sedis Apostolicae auctoritate et/vel Episcopi seu Ordinarii deputatione.

b) **Opportunae commutationes divini Officii:**

Vi principii in Constitutione de sacra Liturgia promulgati (cf SC, n. 97) de opportunis commutationibus divini Officii cum actione liturgica:

- processiones liturgicae quae Missam conventualem praecedunt vel sequuntur in peculiaribus Sollemnitatibus anni liturgici — ut v.g. in Praesentatione Domini, Dominica in Palmis, Dominica Paschae, in Ascensione Domini, in sollemnitate Corporis et Sanguinis Christi, in Assumptione B.M.V. etc;
- vel celebrationes liturgicae quae in quibusdam sollemnioribus diebus peraguntur — ut v.g. Capitula sollemnia in Vigilia Annuntiationis Domini et Nativitatis, « Sermo Dominicus » feria V in Cena Domini, et similia;
- vel aliae vere peculiare preces aut celebrationes quae vitam communitatis afficiunt in circumstantiis particularibus — ut v.g. in Rogationibus et Quattuor anni Temporibus (CR, nn. 45-46; *Calend. partic.*, n. 38), actio liturgica pro Unitate christianorum, peculiaris adorationis celebratio coram Ss.mo Sacramento pro aliqua speciali intentione seu necessitate, liturgiae paenitentiales, preces quae specialiter fiunt occasione Professionis vel mortis alicuius sororis (cf ARPA,

n. 17) aut mensilis recollectionis, et alia huiusmodi;

censeri possunt locum tenere, ideoque commutari cum illis, illarum Officii divini minorum partium [nimirum Horarum minorum et Completorii] quae illius diei horis respondent.

c) Ingressus intra limites clausurae:

Ad processiones liturgicas celebrandas, sicut et pro alia sacra munia exercenda intra fines Monasterii, quae ab actuali disciplina Ecclesiae praevidentur [cf SCRel, Instr. *Venite seorsum*, 15 augusti 1969: AAS 61 (1969), pp. 674-690], ingressus in clausuram permittitur sive sacerdoti [cf n. 8, e), *ibid.*, p. 689] sive ipsi sacerdoti una cum ministris si requiratur ab Antistita [cf n. 8, f), *ibid.*, p. 689].

* * *

**De modalitatibus et caeremoniis servandis
in celebrationibus nostris**

25. Liturgia actio est symbolica, modo organico et vivo celebranda. Eius celebrationis normas praebent: *Institutio generalis de Liturgia Horarum* et *Institutio generalis Missalis Romani* atque *Indicationes quaedam pro celebrationibus liturgicis in Ordine Praedicatorum* pro ipso Ordine nostro a Capitulo Generali statutae (cf *Acta Cap. Gen.* 1974, n. 172)

et Provinciis transmissae a Magistro Ordinis (cf ASOP 43, 1977, pp. 160-168).

26. Huius documenti attenta praestantia, prostrarum in communi celebrationum decore, eius textus offertur infra (Appendix II), ita ut facilius consuli possit et in praxim reduci atque diffundi, praesertim ope versionum in diversa idiomata.

De celebratione in cantu

27. Conventionalis liturgiae celebratio summe convenit ut in cantu fiat, ad normam Constitutionum Ordinis (cf. LCO, n. 65), prae oculis habitis normis in hac materia allatis ab Ecclesia, sive in generali (cf SC, nn. 113-116; IGMR, n. 19; IGLH, nn. 268-282) sive in particulari pro Ordine nostro (cf SCSCD, Prot. CD 671/76: ed. in ASOP, 43, 1977, pp. 134-140).

28. Vi huius particularis concessionis *Graduale* et *Antiphonarium O.P.* cum suis melodiis servari possunt, *in quantum cum libris liturgicis instauratis conveniunt*. Item servari potest usus *Tonorum communium* iuxta Ritus O.P. Servari (quoque) potest cantus *responsorii prolixi* in primis Vesperis, in Sollemnitatibus et diebus Dominicis » (cf. ASOP, ibid., p. 140, ad nn. 23, 24, 25).

29. Cum de cantu Officii agitur, attendendum est ad *principium aequivalentiae* in Liturgia Horarum

promulgatum, iuxta quod « in Officio cantato, si deest melodia pro antiphona proposita, sumatur alia antiphona ex iis quae sunt in repertorio, dummodo apta sit ad normam 113, 121-125 » (IGLH, n. 274).

30. Item in seligendis cantibus qui diei vel actioni liturgicae congruant, proderit prae oculis habere *principium* « *progressivae* » *sollemnitatis*, quod plures gradus medios admittit inter formam sollemnem *plenior* celebrationum liturgicarum et formam *simplicissimam*, tam pro cantu — prout amplior vel minor locus ei tribuitur — quam pro ceteris aspectibus variarum actionum liturgicarum — attentis nempe singularum communitatum concretis possibilitatibus ritmo vitae conventualis necnon temporum liturgicorum praestantia. (cf MS, n. 7; IGLH, n. 273; ICLOP, n. 8).

31. Approbatione Apostolicae Sedis Ordini nostro concessa, « Elementa particularia » ex variis libris antiqui Ritus nostri deprompta, apte inseri poterunt inter ea quae ad libitum proponuntur a variis libris liturgiae instauratae.

32. Hoc quidem de his valet sive illas partes Ritualis respiciant quae vocantur « Ordo unctionis infirmorum » et « Ordo Exequiarum » [ARPA], sive alias liturgicas actiones quae ad ipsius anni liturgici celebrationes attinent.

Textus horum elementorum, vel ipsorum designa-

tionem, prout in approbatis documentis extat, una cum respectivis Litteris approbationis Apostolicae Sedis, inveniuntur speciali fasciculo editi, in « *Analec-ta* » [ASOP, 43, 1977], pp. 132-159 (lingua latina) et pp. 169-183 (lingua originali gallica), pulchro et perutile commentario insuper instructi, pp. 193-275; quod ex integro extat etiam in « NOTITIAE » [14 (1978), 8-9, pp. 334-404].

33. Haec elementa propria « *ad libitum* adhiberi (possunt) *de iudicio singularum communitatum...* attentis animadversionibus ab eadem S. Congregatione allatis (atque) bono spirituali et profectu pastoralitum ipsius communitatis tum fidelium qui ecclesias Ordinis frequentare solent » (*Litt. approb.*, ibid. p. 133).

Cavendum est igitur — ut habetur in ipso Documento a Cap. Gen. approbato — « ne a priori praeferantur sive elementa propria Ritus nostri sive alia. In quolibet casu perpendendum erit quid melius sit pro communitate et pro fidelibus, qui nostras celebrationes liturgicas participant » (cf. ASOP, ibid., p. 134).

* * *

De celebrationibus Calendario addendis (cf CR, nn. 52, 59)

34. Praeter celebrationes uniuscuiusque Provinciae propriae, quaelibet communitas celebrare tenetur:

a) Sollemnitatem anniversarii Dedicationis ecclesiae propriae, si sit dedicata, eodem recurrente die dedicationis. Si vero dedicationis dies ignoratur, Sollemnitas haec celebranda est die 22 octobris;

b) Sollemnitatem Tituli ecclesiae;

c) Sollemnitatem Patroni principalis loci residentiae;

d) Festum anniversarii Dedicationis ecclesiae cathedralis;

e) Festum Patroni principalis dioeceseos, regionis aut provinciae vel amplioris territorii;

f) Memoria obligatoria Sancti vel Beati (in Martyrologio vel eius Appendice inscripti) cuius corpus in ecclesia vel oratorio asservatur.

De celebrationibus quae a solo fiunt

35. In celebrationibus tam Officii quam Missae, quae a solo seu *privatim* fiunt, eadem normae, ordinariae, servandae sunt ac in illis quae *in communi* peraguntur.

Diversitas vero haberi potest, praecipue:

a) Quoad ipsum *Calendarium*: quatenus « in celebratione quae a solo fit servari potest aut *calendarium loci* aut *calendarium proprium*, praeterquam in sollemnitatibus et festis propriis » (IGLH, n. 243).

b) Quad *facultatem eligendi* aliquod Officium aut Missam vel eorum partem (cf. IGLH, nn. 244-

252; IGMR, nn. 313-323; 326-341): quatenus deficientibus, in celebratione a solo, peculiaribus limitationibus ex consideratione boni communis derivantibus, haec facultas amplior evadit.

c) Quoad *obligationem* seu mandatum Liturgiam Horarum celebrandi: quatenus pro singulis sodalibus, illa astrictis, diversificatur « ad normam iuris sui particularis » (cf. IGLH, nn. 28-32; LCO, n. 63; LCM, n. 85).

d) Quoad *recitationem*: quatenus in celebratione a solo Officium persolvi potest « absque *orali* recitatione singulorum verborum » sed « *sufficit ea oculis legere* » (cf. NOTITIAE 9, 1973, p. 150).

De mysteriis Domini et cultu Sanctorum

36. Legitimus Sanctorum et Beatorum Ordinis nostri devotus cultus, quem nos cordi habendum atque fovendum — ut par est — Consitutiones nostrae impense incitant (cf LCO, n. 67), exerceatur secundum formas quae principiis instauratae liturgiae respondeant. Exprimi etiam potest et debet extra Officium canonicum (cf LCO, n. 16). Praecellens vero dignitas festorum Domini respectu Sanctorum et cycli liturgici respectu Calendarii Sanctorum semper sarta tectaque remanere debet [cf PAULUS VI, Litt. Ap., *Mysterii paschalis*, 14 febr. 1969: AAS 61 (1969), pp. 222-226; KACZYNSKI, EDIL, pp. 431-433].

PROMPTUARIUM RUBRICARUM

« Simplificationes et abbreviationes, quas ad mentem Constitutionis de Sacra Liturgia introducimus, minime intelligi debent ut orationis contemptus sed ut amantissimum desiderium verae contemplationis, quae est cor activitatis nostrae ».

(Ex Actis Cap. Gen. 1965: Prooemium « De Re Liturgica », p. 123)

« Oratio et liturgia — apud nos — unitatem sortiuntur non tantum a formularum et caeremoniarum uniformitate, quantum ab unico Dei Verbo,

- ★ quod graia eiusdem vocationis recepimus,*
- ★ quod in liturgia proclamamus atque in oratione assimilandum contemplamur,*
- ★ quod in studio peramanter perscrutamur,*
- ★ cuique fideliter servire conamur in consiliorum evangelicorum observantia,*
- ★ quod laetanter in austeritate vitae custodimus unanimes,*
- ★ quod, denique, omnibus cum hominibus generoso praeconio participamus ».*

(Ex Actis Cap. Gen. 1974: *Prooemium* » De liturgia et oratione », n. 166)

PROMPTUARIUM RUBRICARUM pro celebrationibus ordinandis

In hoc promptuario afferuntur indicationes quae ad celebrationem Officii et Missae rite ordinandam festivitatum huius Supplementi inserviunt, iuxta normas liturgiae instauratae. Iisdem distinguuntur progressivis litteris [A, B, C, D] quae ad singulos celebrationum gradus, frequenter occurrentes, appositae quoque inveniuntur in Calendario, ad hoc ut de facili inveniri et consuli possint.

[A] SOLLEMNITAS (cf. IGLH, 225-230)

Celebratur: semper.

Si impeditur a die liturgico qui praecedentia gaudet:

[Dominicae Adventus, Quadragesimae et feriae IV Cinerum, Hebdomadae sanctae et octavae Paschae, alterius Sollemnitatis]

transfertur ad proximiorum diem qui non fuerit impeditum (CR, 60).

OFFICIUM, proprium ex integro vel appropriatum:

Incipit a I VESPERIS die praecedente:

nisi iam occurrat aliqua celebratio quae in tabula dierum liturgicorum (v. CR 59: 1-4) superiorem obtinet locum; in casu autem paritatis, praevalet Vesperae diei currentis.

Responsoria prolixa, si quae sint, adhiberi possunt (EPA, n. 25).

Alterutrum COMPLETORIUM de Dominica: festivum.

Ad OFFICIUM LECTIONIS: omnia ut in Proprio vel, si desunt, de Communi; semper dicitur *Te Deum*.

Ad LAUDES MATUTINAS: omnia e Proprio vel Communi, cum psalmis dominicae hebdomadae I.

Ad HORAM MEDIAM (et reliquas duas HORAS):

- hymnus ut in Ordinario;
- cetera ut in Proprio vel Communi;
- psalmi: proprii, si habentur assignati;
vel de dominica hebdom. I, si in dominica occurrat;
secus e psalmodia complementari.

Qui reliquas duas Horas persolvunt, psalmodiam complementarem sumant.

Ad II VESPERAS: omnia ut in Proprio vel Communi.

MISSA, propria:

Dicitur *Gloria*, *Credo*, *Praefatio* propria vel appropriata. Leguntur tres lectiones propriae.

Sequentia, si adest, ad libitum adhiberi potest.

Benedictio sollemnis vel *Oratio super populum*, ad libitum.

NOTA: Quando Sollemnitates infra hebdomadam occurrunt, ad bonum pastorale fidelium procurandum, licet eas transferre in dominicis diebus per annum, si de celebrationibus agitur quae ipsorum fidelium pietati sunt acceptae. Tunc de iis dici possunt omnes Missae quae concurrente populo celebrantur (CR, 58).

Aliae celebrationes non admittuntur.

Item, prohibentur Missae defunctorum, excepta exsequiali.

[B] FESTUM (IGLH, 231-234)

Celebratur: tantum intra fines diei naturalis illi assignati.

Si impeditur a die liturgico qui praecedentia gaudet:

[Sollemnitatis, dominicae, feriae IV Cinerum, Hebdomadae sanctae et octavae Paschae vel alterius Festi superioris ordinis]

non transfertur et illo anno de ipso nihil fit (CR, 60); nisi peculiaris ratio suadeat, devotionis gratia, ipsum tamquam *Officium votivum* celebrare, alia die non impedita, iuxta normas generales (cf. IGLH, 245; IGMR, 316/c).

OFFICIUM, proprium vel appropriatum:

Ad OFFICIUM LECTIONIS, LAUDES et VESPERAS:

- omnia ut in Proprio vel, si desunt, de Communi;
- psalmi proprii vel festivi, prout suo loco indicatur;
- semper dicitur *Te Deum*.

Ad HORAM MEDIAM (et reliquas duas Horas):

- hymnus ut in Ordinario;
- antiphonae - nisi propriae habeantur - et psalmi de feria currenti;
- cetera ut in Proprio vel de Communi.

Qui reliquas duas HORAS persolvunt psalmodiam complementarem adhibeant.

COMPLETORIUM: de feria currenti.

MISSA, propria:

Dicitur *Gloria*, *Praefatio* propria vel appropriata.
Leguntur lectiones propriae vel, si desunt, de Communi.
Benedictio sollemnis vel *Oratio super populum*, ad libitum.

Aliae celebrationes non admittuntur nisi:

- vel concurrentes - quibus tunc Festum locum cedit et illo anno de ipso nihil fit (CR, 60);
- vel, occurrente aliqua graviore necessitate vel utilitate pastorali, Missa ipsis conveniens, de mandato vel licentia Ordinarii loci (IGMR, 332).

Item, prohibentur Missae defunctorum, excepta exequiali.

[C] MEMORIA OBLIGATORIA (cf. IGLH, 220, 234-236)

Celebratur, nisi impediatur:

Si impeditur a die liturgico qui praecedentia gaudet:

[Sollemnitatis, Dominicae vel alterius Festi ordinis superioris, diebus a 17 a 31 decembris et Quadragesimae, Hebdomadae sanctae et octavae Paschae]

simpliciter omittitur (cf. nn. 237-238).

Memoriae vero quae accidentaliter tempore Quadragesimae occurrunt, solummodo ut *memoriae ad libitum* celebrari possunt (CR, 14).

Earum autem celebratio cum celebratione feriae occurrentis componitur, prout sequitur:

OFFICIUM, de Memoria, ut in Proprio vel de Communi:

Ad OFFICIUM LECTIONIS, LAUDES MATUTINAS et VESPERAS:

- psalmi cum suis antiphonis de feria currenti;
- cetera omnia: si propria assignantur dicenda sunt de Memoria, secus eligi possunt e Communi vel e feria;
- oratio semper est de Memoria.

NOTA: Ex concessione speciali Ordini nostro facta, ad Laudes et Vesperas adhiberi possunt *antiphonae propriae* cum *psalmis ferialibus* si aliqua peculiaris ratio id suadeat, (cf. supra, *Praenotanda* n. 12).

Ad OFFICIUM LECTIONIS:

- lectio biblica cum suo responsorio est de Tempore occurrente.
- lectio altera est hagiographica cum responsorio proprio vel appropriato de Communi; si vero talis lectio propria deest dicitur lectio patristica feriae currentis;
- numquam dicitur *Te Deum*.

Ad HORAM MEDIAM (ec reliquas duas HORAS) et ad COMPLETORIUM:

- omnia de feria currenti.

MISSA, de Memoria.

Non dicitur *Gloria*. Adhiberi potest *Praefatio* appropriata.

Lectiones, pro opportunitate, leguntur:

- vel de Memoria, si propriae vel appropriatae assignentur;
- vel de ipsa feria currenti:
secundum quod audientibus magis conveniat, prae oculis semper habita peculiaris utilitatis ratione, praesertim indolis pastoralis (OLM, 8/e).

[D] MEMORIA AD LIBITUM (cf. IGLH, 234-239)

Celebrantur libere, prout magis convenire videtur.

I De modo ordinandi Officia et Missae in Memoriis ad libitum.

In ratione ordinandi Officii Missaeque celebrandae:

- inter Memoriam obligatoriam et Memoriam ad libitum, si haec reapse celebratur, *nulla est differentia*;
- nisi agatur de Memoriis ad libitum, quae temporibus privilegiatis forte occurrunt.

Proinde, in ipsis ordinandis sic proceditur:

1) *In Memoriis diebus ordinariis occurrentibus:*

OFFICIUM:

- celebrari potest sive de ipsa memoria sive de feria currenti;
- si de Memoria celebratur, ordinatur sicut in Memoriis obligatoriis.

MISSA:

- celebrari potest de Memoria, etiamsi Officium electum fuerit de feria currenti;
- eodem ritu celebratur ac Missa Memoriae obligatoriae.

NOTA: Si eodem die plures inscribuntur in Calendario memoriae ad libitum, *una tantum* celebrari potest, omissis ceteris (cf. IGLH, 221; CR, 14).

Inter memoriam autem calendario generali inscriptam et memoriam calendario particulari (dioecetano aut religioso) insertam, *praeferenda est memoria particularis* (cf. IGMR, 316/c; CP, 23/c).

2) *In Memoriis tempore privilegiato occurrentibus:*

Memoriae quae diebus a 17 ad 31 decembris et feriis Quadragesimae occurrunt (exclusis feriis IV Cinerum et Hebdomadae sanctae), hoc modo celebrari possunt:

OFFICIUM, celebratur de feria:

AD OFFICIUM LECTIONIS: post lectionem patristicam e Proprio de Tempore cum eius responsorio, addi potest lectio hagiographica propria cum eius responsorio et concludi cum oratione de Sancto (vel Beato) loco orationis de feria. AD LAUDES MATUTINAS et VESPERAS, post orationem de feria, omitta conclusionem, addi possunt antiphona et oratio de Sancto (vel Beato).

MISSA: celebratur de feria, addita, loco collectae de feria, collecta de Sancto (vel Beato).

II De ipsa facultate eligendi Memorias ad libitum.

Convenientia eligendi necne aliquam memoriam ad libitum, pro celebratione choralis vel in communi, ab ipsa communitate decernitur, ratione habita boni communis — praesertim si cum populo celebratur — et verae ipsius coetus devotionis, non solius praesidis vel eorum qui celebrationis choralis responsabilitatem habent (cf. IGLH, 220; et ICLOP, 6).

- In feriis quae admittunt celebrationem memoriae ad libitum, iusta de causa celebrari potest, eodem ritu, *Officium* alicuius Sancti (vel Beati) inscripti eo die in Calendario Ordinis, sive communi sive particulari « ad usum Provinciarum », sicut et aliorum, qui in Martyrologio romano aut in ejus Appendice rite approbato recensentur (cf. IGLH, 244).
- Item valet pro *Missa* eligenda de aliquo Sancto (vel Beato), aut pro variis necessitatibus, vel votiva aut defunctorum (cf. IGMR, 316/c).
- *Publicam ob causam* aut *devotionis gratia*, diebus non impeditis:

[extra sollemnitates, dominicas Adventus, Quadragesimae et Paschae, feriam IV Cinerum, Hebdomadam sanctam, octavam Paschae et diem 2 novembris]

celebrari potest, sive in toto sive ex parte, aliquod Officium votivum: quod fieri potest ex. c. ratione peregrinationis, festi localis, sollemnitatis externae alicuius sancti (IGLH, 245).

- Item si aliqua vera *necessitas* vel *utilitas pastoralis* id postulet, etiam in diebus ordinarie impeditis:

[quibus occurrit memoria obligatoria aut feria Adventus usque ad diem 16 decembris, temporis Nativitatis a die 2 ianuari, et temporis paschalis post octavam Paschatis]

in celebratione cum populo adhiberi possunt Missae huic necessitati vel utilitati respondentes, de iudicio rectoris ecclesiae vel ipsius sacerdotis celebrantis (cf. IGMR, 333).

III De Memoriis ad libitum eligendis Beatorum calendarii particularis « ad usum Provinciarum ».

Quod attinet Memorias ad libitum Beatorum calendarii particularis « ad usum Provinciarum », earum *celebratio choralis* seu *in communi* modo fiat pro unaquaque Provincia statuto et rite approbato necnon a Capitulo conventuali determinato (cf. supra *Praenotanda*, n. 3).

- Hoc valet tantummodo, ut par est, pro celebratione choralis seu in communi. Pro celebratione vero *privata* seu *a solo*, quilibet frater vel soror liberam eligendi facultatem habet memoriam alicuius Beati huius calendarii, iuxta normas generales, tamquam Memoriam ad libitum die cuique proprio (cf. IGLH, 244) aut tamquam Officium votivum diebus non impeditis (Ibid., 245) devotionis gratia.
- Quantum vero ad Missae celebrationem de his memoriis, ratio imprimis habeatur boni spiritualis fidelium, si cum populo celebratur (cf. IGMR, 316/c).
- Ordinarie celebrantur gradu Memoriae ad libitum, ipsis competenti. Attamen, in locis qui cum illis Beatis, quorum sunt istae memoriae, strictiores habent necessitudines, aut ubi eorum corpus asservatur, etiam gradu *Memoriae obligatoriae* celebrari possunt (cf. CP, 17/b et 25; CR, 53/c-54).

IV De Memoria Sanctae Mariae in sabbato.

In sabbatis « per annum », in quibus non occurrat memoria obligatoria, fieri potest, eodem ritu, Memoria ad libitum de beata Maria Virgine (cf. IGLH, 240; CR, 15; et ICLOP, n. 1).

Id valde commendatur communitatibus universi Ordinis, ad aspectum marialem nostrae spiritualitatis rite exprimendum apteque alendum, iuxta venerandam Ordinis nostri traditionem. Et hoc quidem ratione habita extremae sobrietatis actualis Calendarii et Proprii liturgici O.P. in materia celebrationum marialium atque eo vel magis quod Ordini nostro semper cordi fuit Deiparae Virginis Mariae singulare patrocinium peramanter colore filialique pietate enixe invocare.

« Hoc demum summopere interest:

- ★ ut, non contenti sola normarum observatione, de intima orandi necessitate nobis persuasum sit eique privatim et communiter satisfaciamus;*
- ★ ut preces nostrae ubique frequentes sint, fervidae et iubilantes, ita quod munus totius Ecclesiae per nos adimpleatur et oratio Christi indesinenter perseveret in ea;*
- ★ ut oratio, labiis nostris prolata, Spiritus Sancti vocem resonare sinat, qui dicit 'Abba, Pater' ».*

(Ex Actis Cap. Gen. 1974: Prooemium « De liturgia et oratione », n. 166)

SIGLA

QUIBUS TITULI LIBRORUM COMPENDINATUR

- AAS = *Acta Apostolicae Sedis*, Romae, 1909 sqq.
- ARPA = Adaptationes ad Ordinem Praedicatorum illarum partium Ritualis Romani quae vocantur « Ordo Unctionis Infirmorum » et « Ordo Exsequiarum » a Sede Apostolica approbatae [ASOP 43, 1977, pp. 143-159].
- ASOP = *Analecta Sacri Ordinis Fratrum Praedicatorum*, Romae, 1893 sqq.
- CAP = PAULUS VI, *Constitutio Apostolica Paenitentini et credite Evangelio*, 17 februarii 1966 [AAS 58, 1966, pp. 177-198; EDIL, nn. 604-635].
- CP = SCCD, *Instructio De Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis*, 24 iunii 1970 [AAS 62, 1970, pp. 651-663; *Notitiae* 6, 1970, pp. 349-370; EDIL, nn. 2093-2143].
- CR = Normae universales de Anno liturgico et de Calendario, 14 februarii 1969 [*Notitiae* 5, 1969, pp. 165-176; MR, pp. 100-125; EDIL, nn. 1272-1332].
- EDIL = R. KACZYNSKI (ed.), *Enchiridion documentorum instaurationis liturgicae*, I. (1963-1973), Torino: Marietti, 1976.
- EPA = Elementa particularia Ritus O.P. approbata [ASOP 43, 1977, pp. 134-140].
- GOP = *Graduale iuxta Ritum Sacri Ordinis Praedicatorum*, ed. E. SUAREZ, Romae, 1950.
- GR = *Graduale Romanum*, Abbatia sancti Petri de Solesmis, 1974.
- ICLOP = Indicationes quaedam pro celebrationibus liturgicis in Ordine Praedicatorum [ASOP 43, 1977, pp. 160-168; *infra*, Appendix II, pp. 123-139].

- IGLH = Institutio generalis de Liturgia Horarum [in LH I, 1971].
- IGMR = Institutio generalis Missalis Romanum [in MR, 1975].
- LCM = *Liber Constitutionum Monialium Ordinis Praedicatorum* (1971), in: ASOP 40, 1972, pp. 385-442.
- LCO = *Liber Constitutionum et Ordinationum Ordinis Fratrum Praedicatorum*, Romae 1969.
- LH = *Liturgia Horarum iuxta Ritum Romanum*, editio typica, 4 vol. Typis polyglottis Vaticanis, 1971-1972 [I, II, III, IV].
- MR = *Missale Romanum*, editio typica altera. Typis polyglottis, 1975.
- MS = SRC, *Instructio De Musica in sacra Liturgia*, 5 martii 1967 [AAS 59, 1967, pp. 300-320; *Notitiae* 3, 1967, pp. 87-105; ASOP 38, 1967, pp. 224-235; EDIL, nn. 733-801].
- OHS = *Officium Hebdomadae Sanctae iuxta Ritum Ordinis Praedicatorum*, ed. A. FERNANDEZ, Romae, 1965.
- OLM = *Ordo Lectionum Missae* [MR, *Lectionarium*, editio typica, 3 vol. Typis polyglottis Vaticanis, 1970-1972 (I, II, III)].
- SC = CONC. VATICANUM II, *Constitutio de sacra Liturgia*, *Sacrosanctum Concilium*, 4 decembris 1963 [AAS 56, 1964, pp. 97-134; ASOP 36, 1964, pp. 333-363; EDIL, nn. 1-131].
- SCCD = Sacra Congregatio pro Cultu Divino.
- SCRel = Sacra Congregatio pro Religiosis et Institutis saecularibus; usque ad 1 martii 1968: Sacra Congregatio de Religiosis.
- SCSCD = Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino.
- SRC = Sacra Rituum Congregatio.

ALIAE ABBREVIATIONES

ad lib.	. . .	ad libitum.
<i>Alb.</i>		<i>Albi coloris</i> (paramenta).
Bb.		Beati/orum.
<i>Bened. soll.</i>		<i>Benedictio sollemnis</i> (in fine Missae).
Com.		Commune (Sanctorum).
conv.		conventualis.
Cp.		Completorium.
def.		defuncti/orum.
doct.		doctor/is.
dom.		dominica.
ep.		episcopus/i.
Eccl.		Ecclesiae.
Ev		Evangelium.
fest.		festivum.
L		Lectio/nes (biblicae I et II in Missa).
Lect. fer.		Lectionarium feriale (seu Ordo Lectionum Missae).
lect.		lectiones in genere.
mart.		martyr/um.
matrisf.		matrisfamilias.
<i>obl.</i>		<i>obligatoria</i> .
past.		pastoris/um.
patrisf.		patrisfamilias.
Pf.		Praefatio.
plur.		plurimorum.
pr.		proprius/a.
presb.		presbyter/i.

relig.		religiosus/a.
Rub.		<i>Rubri coloris</i> (paramenta).
sanct.		sancti/orum.
sanctar.		sanctarum.
seq.		sequens/ntis.
soc.		socius/orum.
Ss.		Sanctus/i.
Vesp.		Vesperae.
Viol.		<i>Violacei coloris</i> (paramenta).
virg.		virginis/num.

[A]	=	Promptuarium rubricarum pro <i>Sollemnitatibus</i> .
[B]	=	Promptuarium rubricarum pro <i>Festis</i> .
[C]	=	Promptuarium rubricarum pro <i>Memoriis obligatoris</i> .
[D]	=	Promptuarium rubricarum pro <i>Memoriis ad libitum</i> .
★	=	Hoc signo indicantur <i>Beati</i> qui in Calendario ad usum Provinciarum recensentur.
◆	=	Hoc signo indicantur <i>Sancti</i> qui etiam in Calendario universali Ecclesiae inscribuntur.

« Laus Ecclesiae neque ex sua origine neque ex sua natura censenda est propria clericorum vel monachorum, sed ad totam communitatem christianam pertinet ».

(IGLH, n. 270)

CALENDARIUM
SANCTORUM ET BEATORUM O.P.

« Fratres fideliter memoriam recolant illorum qui in familia S. Dominici eos praecesserunt et conversatione exemplum, communionem consortium et intercessionem subsidium eis praebent. Gesta doctrinamque illorum conspiciant et diffundant ».

(LCO, n. 16)

*Cum festa Sanctorum mirabilia Christi
in servis eius praedicent, et fidelium
opportuna praebeant exempla imitan-
da...*

... HOC FIRMUM

CERTUMQUE SEMPER
ECCLESIAE CATHOLICAE FUIT,
SANCTORUM FESTIS
PASCHALE CHRISTI MYSTERIUM
NUNTIARI AC RENOVARI ».

PAULUS VI

(Litt. Apost. « Mysterii Paschalis », 1969)

*« Fratres foveant veram devotionem et
cultum erga S. Dominicum, vitae nostrae
speculum, et sanctos Ordinis, ut ad eorum
imitationem excitentur et in spiritu suae
vocationis roborentur ».*

(LCO, n. 67)

IANUARIUS

3. *Alb.* ★ **B. Stephanae Quinzani**, virg. [olim die 2].

SOROR REGULARIS (1457-1530): In Christi passionum contemplatione assidua, cuius stigmata et corpore et corde gessit, ariditatem et cruciatus spiritus quadraginta annorum spatio experiens, pauperum simul ac pacis servitio enituit.

De Com. virg.: pro relig.

4. *Alb.* ★ **B. Zedislavae Berka**, matrisf. [olim die 3].

SOROR SAECULARIS (c. 1221-1252): Familiaribus emicans virtutibus, mater quoque pauperum pia extitit sui immemor, de religionis operibus ac Ordinis nostri promotione sollicita, nihil domesticis curis subtrahens.

De Com. sanct. mulierum: pro iis qui opera misericordiae exercuerunt.

IN EPIPHANIA DOMINI

(die 6 Ianuarii - Sollemnitas)

1. Cantus « Genealogiae » in fine Officii Lectionis adhiberi nequit in hodierna sollemnitate, *ubi iam in Nativitate Domini celebratus fuerit*, quatenus omittendum esse decretum est (cf EPA, n. 14) ne duplum constitueret cum illo.
2. Ubi vero locum non habuerit, nihil impedit quominus hac die huiusmodi cantus habeatur, adhibito textu proprio Evangelii secundum Lucam (3, 23-38), ut in Missali O.P. (ed. Fernandez, 1965, pp. [115] - [118]), servatis insuper iisdem modis, quoad ipsius celebrationem, quae pro illa principali sollemnitate notati sunt (cf infra, die 25 Decembris).
3. In Missa adhiberi potest Sequentia *Laetabundus*, attentis

tamen emendationibus in novo Proprio O.P. propositis pro ultimis strophis: « *Isaias* » et « *Infelix* » ut infra indicatur (cf Appendix I).

7. *Alb.* ♦ **S. Raimundi de Penyafort**, presb. [olim die 23], *Memoria obl.* [C].

FRATER (1175-1275): Tertius Ordinis Magister, quem providis legibus rexit et apostolicis inceptis auxit, de missionibus in Africa et de dialogo cum Islam valde sollicitus: ut iuris canonici doctor inter summos suae aetatis enituit.

Omnia ut in Proprio O.P., vel in MR et LH.

MISSA pr., lect. pr., vel de Lect. fer.

L I Ez 33, 1. 7-11; vel Gal 5, 16-17. 22-23a. 24-25.

Ps 118, 1. 27. 30. 34. 35. 44 (R/. 35a).

V/. All. Io 14, 26 (GR, 432).

Ev Mt 5, 13-19; vel Lc 12, 42-44. 48b.

COLLECTA

Omnipotens piissime Pater, qui beati Raimundi exemplis et doctrinis tuae legis plenitudinem in dilectione caritatis ostendis, tuum in nobis Spiritum clementer infunde, ut corda nostra ea dilectione potiantur qua in libertatem filiorum tuorum veraciter proficiamus. Per Dominum.

10. *Alb.* ★ **B. Gundisalvi de Amaranto**, presb. [olim die 16].

FRATER (+ 1259): Singularis vitae haeremiticae exemplar in Ordine, quem maturus elegit e pristino parochi officio praepotentia exclusus, in oratione et in catechizandis rudibus solitariae suae regionis claruit.

De Com. past., vel sanctorum virorum.

11. *Alb.* ★ **B. Bernardi Scammacca**, presb. [olim die 16 febr.].

FRATER (1430-1487): post levem iuventutem, gravi prostratus vulnere, Christo Crucifixo se conformare studuit sub

disciplina Ordinis: paenitens et contemplativus, restaurandae vitae regularis meritus, summa humilitate et in pauperes misericordia enituit.

De Com. past.: pro iis qui opera misericordiae exercuerunt.

18. *Alb.* **S. Margaritae de Hungaria**, virg. [olim die 19], *Memoria obl.* [C].

MONIALIS (1242-1270): Perfectae caritatis viam a primaeva aetate ingressa, adhuc duodennis emissa, religiosa professione in manibus Magistri Humberti de Romanis, mira alacritate profecit. Monasticae asceseos ac misericordiae operibus insistens, zelo pro pace instauranda et in denuntiandis iniustitiis invictae fortitudini magnam suavitatem erga sorores coniunxit, quibus humillima praestare servitia cupiebat. Erga Eucharisticum mysterium et Redemptoris passionem mira flagrans caritate, in Spiritum Sanctum et B.V. Mariam pietate enituit, propitiationis victima extans pro suae gentis liberatione a Tartarorum incursionibus.

Omnia ut in Proprio O.P., vel de Com. virg.

MISSA pr., lect. pr., vel de Lect. fer.

L I Est 14, 3-12. 19; vel Rom 12, 1-2. 9-13; vel Col 3, 12-17.
Ps 26, 1. 4. 5. 8b-9ab. 9cd et 11 (R/. 8b).

V/. All. Phil 3, 8 (GOP, 398).

Ev Io 12, 24-26.

COLLECTA

Deus, qui beatam Margaritam virginem, Spiritus Sancti operante virtute, abnegationis gratia clarescere voluisti, praesta nobis ut, voluntati tuae numquam obsistentes, quae tibi sunt placita fideliter impleamus. Per Dominum.

19. *Alb.* ★ **B. Andreae de Peschiera**, presb. [olim die 26].

FRATER (1400-1485): Praedicationi itineranti indesinenter deditus, de paucis vivens et apud pauperes pernoctans, omnium animos sibi et Christo conciliavit.

De Com. past.

22. *Alb.* ★ **B. Antonii Della Chiesa**, presb. [olim die 28 iul.].

FRATER (1394-1459): De vita regulari restituenda impense sollicitus, fama prioris affabilis claruit, qui humanam fragilitatem indulgentia pariter ac firmitate prosequabatur.

De Com. past.

23. *Alb.* ★ **B. Henrici Seuze**, presb. [olim die 2 martii].

FRATER (+ 1366): Divinae Sapientiae cultor ac dominicae passionis amantissimus, expoliationem a sensibilibus et unionem cum Deo per contemplationem perfectionum et passionum Christi edocuit, vere ut suavis figura mystici spiritualis in dies clarescit.

De Com. past.

27. *Alb.* ★ **B. Marcolini de Forlì**, presb. [olim die 24].

FRATER (1317-1397): Vir magnae orationis, silentii et solitudinis amicus, sacris ministeriis et caritatis operibus impense deditus, mira simplicitate fulsit et in Deiparam Virginem devotione.

De Com. past.

28. *Alb.* ♦ **S. THOMAE DE AQUINO**, presb. et Eccl. doct. [olim die 7 mar.], *Festum* [B].

FRATER (1225-1274): Vitae innocentia ac humanissima conversatione praenitens, proprias vires totaliter in servitium veritatis impendit studiose investigandae, peramanter contemplandae aliisque tradendae, praeclara in regularis observantiae fidelitate. In dominicae passionis atque mysterii eucharistici contemplatione assiduus, magister extitit sacrae doctrinae excelsus atque evangelicae veritatis gratus praedicator, filiali quoque erga B.V. Mariam pietate flagrans.

Omnia ut in Proprio O.P., vel ut in MR et LH.

MISSA pr., *Gloria*, lect. pr., Pf. pr. (cf. Appendix I, n. 3), *Bened. Soll.* ad lib.

L I Sap 7, 7-10. 15-16; *vel* Eph 3, 8-12.

Ps 36, 3-4. 5-6. 30-31 (R/. 30a).

V/. All. Io 17, 17; *vel* de Com. doct. (n. 1b).

Ev Io 17, 11b-19; *vel* Io 16, 23b-28; *vel* Mt 5, 13-19.

COLLECTA

Deus, qui beatum Thomam sapientiae tuae praecorem, ac sanctitatis vitae exemplar Ecclesiae tuae provide tribuisti, illius meritis et exemplo, te nobis iugiter concede et veraciter quaerere, et super omnia diligere. Per Dominum.

29. Alb. ★ **B. Villanae de' Botti**, matrisf. [olim die 28 febr.].

SOROR SAECULARIS (1332-1361): Prius in matrimonio leviter vivens, deinde, divino lumine perfusa, novam sub regula Sororum de paenitentia ingrediens viam, ad studium S. Scripturae et ad contemplationem Christi Crucifixi se dedit, bonisque omnibus pauperibus distributis ultro mendicavit pro egenis.

De Com. sanct. mulierum.

« Tota Monialium vita ordinatur ad asservandam concorditer perpetuam Dei memoriam. Eucharistiae et officii divini celebratione, sacrorum librorum lectione ac meditatione, orationibus secretis, vigiliis, intercessionibus, hoc idem sentire intendant quod et in Christo Jesu. In silentio et quiete, faciem Domini assidue requirant et Deum salutis nostrae ut omnes homines salvi fiant interpellare non desinant. Gratias agant Deo et Patri qui de tenebris eas vocavit ad admirabile lumen suum. Christus figatur in earum corde qui pro omnibus fixus est in Cruce. Quae omnia adimplentes sunt reapse Moniales Ordinis Praedicatorum ».

(LCM, n. 80, § IV)

FEBRUARIUS**IN PRAESENTATIONE DOMINI**

(die 2 Februarii - Festum)

1. Hodierna hac celebritate in simul memoriae revocatur Praesentatio Domini in Templo eiusque cum credentibus occursum. Gestus autem oblationis cereorum, ex consuetudine Ordinis praevisae, nostrorum cordium disponibilitatem exprimit apteque significat. Pariter exinde processio, quae in donorum praeparationem commendatur in liturgia eucharistica (cf IGMR, nn. 49-50) in hodierna celebratione eucharisticam vim et spiritualem significationem consequitur.
2. Benedictio et distributio candelarum in hodierna celebratione stricte connectuntur cum Missae celebratione, ad modum processionis seu sollemnis introitus, ideoque non nisi cum Missae celebratione peragi possunt [NOTITIAE 10 (1974), p. 80].
 - a) Candelarum distributio fieri potest vel initio ritus vel statim post benedictionem earum ante ipsam processionem.
 - b) Servari possunt Oratio benedictionis candelarum et ordo processionis, cum stationibus (cf ICLOP, n. 43) et cantibus, ut in *Processionario O.P.* (ed. Suarez, 1949, pp. 65-72; cf *Missale O.P.*, ed. Fernandez, 1965, pp. 382-384). Ad finem vero, omitta oratione conclusiva, ingrediente processione in Ecclesiam canitur antiphona ad introitum, quam statim sequitur *Gloria* et Missa prosequitur more solito (EPA, n. 1).
3. Si oblatio candelarum peragitur, fratres et alii fideles teneant candelas accensas in manibus quousque fuerint offerendae. Ritus autem oblationis servetur, dum canta-

tur antiphona ad offertorium, iuxta locorum consuetudinem congruis adhibitis modis.

4. In Missa cantari potest sequentia *Laetabundus*, attentis emendationibus propositis in novo Proprio Missalis O.P. pro strophis « Isaïas » et « Infelix », prout infra indicatur (cf Appendix I).
-

3. *Rub.* ★ **B. Petri de Ruffia**, presb. et mart. [olim die 7 nov.].

FRATER (1320-1365): Vitae austeritate, doctrinae eminentia, perfectaque sui abnegatione fulgens, vitam apostolicam, in munere inquisitoris ad mores christianos firmandos transactam, supremo holocausto pro Christo et fratribus consummavit.

★ **B. Antonii Pavoni**, presb. et mart. [olim die 9 apr.].

FRATER (c. 1326-1374): Fidelitatem ad susceptam inquisitoris missionem indesinenti oratione et virtutum exercitio fulciens, invicta constantia glorioso martyrio explevit.

★ **B. Bartholomaei Cerveri**, presb. et mart. [olim die 22 apr.].

FRATER (1420-1466): Theologico magisterio et apostolico ministerio clarus, inquisitoris munere auctus, pro fide tuenda strenue dimicans, diu praeclare traditam doctrinam sanguinis effusione firmavit.

De Com. mart. vel past.

MISSA feriae, vel unius e memoriis.

4. *Alb.* **S. Catharinae de' Ricci**, virg. [olim die 13], *Memoria obl.* [C].

SOROR REGULARIS (1522-1590): Sancti Spiritus igne succensa, gloriam Domini indesinenter quaerens, vitam ei in Ordine consecravat caelestis Sponsi donis refertam, cuius passionem ardentem contuens corde, vivide quoque in carne meruit ferre, mystico consortio, divinaeque dilectioni in-nixa, reformationem vitae regularis promovit et praeclara spiritualis doctrinae documenta reliquit.

Omnia ut in Proprio O.P., vel de Com. virg.

MISSA pr., lect. pr. vel de Lect. fer.

L I Ap 19, 1. 5-9a; vel Rom 8, 35. 37-39.

Ps 26, 1. 4. 5. 8b-9ab. 9cd et 11 (R/. 8b).

V/. All. Col 3, 3.

COLLECTA

Deus, qui voluisti ut beata virgo Catharina Passionis Filii tui contemplatione claresceret, eius nobis intercessionem concede, ut eadem devote mysteria recolentes, eorum fructum percipere mereamur. Per Dominum.

7. *Viol.* Missa Conv. de Anniversario Patrum et Matrum.

Ut in MR, praesertim orationes « Pro parentibus » (n. 13).

Lect. e Lectionario pro defunctis, praesertim:

L I Rom 14, 7-9. 10b-12.

Ps 121, 1-2. 4-5. 6-7. 8-9 (R/. cf. 1; Com. n. 4).

V/. All. Io 6, 39.

Ev Io 17, 24-26.

12. *Alb.* B. Reginaldi de Orléans, presb. [olim die 17], *Memoria ad lib.* [D].

FRATER (1180-1220): Evangelicam Ordinis paupertatem eiusdemque nisum apostolicum magni faciens, verbis S.P. Dominici captus animo et sanitate mirabiliter recepta auxiliante beata Virgine Maria, habitum Ordinis, tunc ab ipsa ei ostensum, suscipiens, virtutum exemplo et ignito eloquio plurimos iuvenes et clarae famae viros ad Ordinem attraxit, vitaeque communitariae sapiens exstitit ordinator fervidusque promotor, apostolico zelo pro Christi regno instaurando flagrans.

Omnia ut in Proprio O.P., vel de Com. past.

MISSA pr., lect. pr., vel ex Lect. fer.

L I Phil 4, 4-9.

Ps 62, 2. 3-4. 5-6. 8-9 (R/. 2b).

V/. All. Phil 4, 4.

Ev Mc 6, 7-13.

COLLECTA

Deus, qui beato Reginaldo presbytero, Matre Misericordiae auxiliante, in via paupertatis evangelicae incedere et alios deducere tribuisti, eius intercessione, gressus nostros dirige secundum eloquium tuum, ut viam mandatorum tuorum dilatato corde curramus Per Dominum.

13. *Alb.* **B. Iordani de Saxonia**, presb. [olim die 15], *Memoria obl.* [C].

FRATER (c. 1185-1237): Primus in regimine Ordinis successor S.P. Dominici, quo familiariter usus est, per annos quindecim fratribus et sororibus verbo, exemplis, litteris, constitutionum redactione, crebris visitationibus, singulari mansuetudine providit vitaeque honestate ac mira facundiae copia Ordinem summopere dilatavit, fiduciali quoque flagrans in Deiparam Virginem pietate, in cuius honorem antiphonam *Salve Regina* post Completorium canendam crevit.

Omnia ut in Proprio O.P., vel de Com. past.

MISSA pr., lect. pr., vel ex Lect. fer.

L I Eph 4, 1-7. 11-13.

Ps 95, 1-2a. 2b-3. 7-8a. 9-10a (R/. 3).

V/ All. Lc 4, 18-19.

Ev Lc 10, 1-9.

COLLECTA

Deus, qui beatum Iordanum presbyterum fecisti animarum zelo et ampliandae gratia religionis insignem, da nobis, eius meritis et exemplis, viam salutis fideliter nuntiare et in eodem spiritu vivere ut regnum Christi iugiter dilatare possimus. Per Dominum.

16. *Alb.* ★ **B. Nicolai Paglia**, presb. [olim die 14].

FRATER (1197-1255): Beati Patris Dominici comes assiduus in apostolicis peregrinationibus, tanti magistri zelum et spiritum aemulans et ipse «gratiosissimus praedicator» extitit, probitate et suavitate conspicuus, de S. Scripturae studio eiusdemque concordantiarum opere parando optime meritus.

De Com. past.

19. *Alb.* ★ **B. Alvari de Cordoba**, presb.

FRATER (c. 1360-1430): In praedicatione fervidus, in dominicae passionis contemplatione assiduus, pium « Viae Crucis » exercitium in occidente diffudit.

De Com. past.

20. *Alb.* ★ **B. Christophori de Milano**, presb. [olim die 1 mar.].

FRATER (+ 1484): Vitae austeritate, arctaque cum Christo unione et animarum zelo praeclarus, in assidua verbi Dei praedicatione totam vitam impendit.

De Com. past.

24. *Alb.* ★ **B. Constantii de Fabriano**, presb. [olim die 25].

FRATER (1410-1481): Assiduae orationis et promovendae pacis studio praeiens, unus fuit ex validissimis regularis observantiae instaurandae apostolis, tunc a S. Antonino de Florentia promotae.

De Com. past.

« Ad laudem divinam deputatae, Moniales, una cum Christo Deum glorificant pro aeterno proposito voluntatis eius ac mirabili dispensatione gratiae, et Patrem misericordiarum interpellant pro universa Ecclesia necnon pro necessitatibus ac salute totius universi. Felix illa jubilatio peregrinantem Ecclesiam gloriosam assimilat ».

(LCM, n. 81)

TEMPORE QUADRAGESIMAE

1. Tempus Quadragesimae:

- decurrit a feria IV Cinerum ad Missam in Cena Domini exclusive (CR, nn. 27-28);
- suam indolem paenitentialem retinet (CAP, III, II, § 1);
- ordinatur ad praeparationem celebrationis Paschae (CR, n. 27).

2. Ad paenitentiam his diebus agendam, Ecclesiae lege *abstinentia* servetur singulis sextis feriis; *abstinentia* vero et *ieiunium* feria IV Cinerum et feria sexta in Passione et Morte Christi Iesu (CAP, III, II, § 3).

Attentis insuper Ordinis traditione ac legislatione, servantur quoque determinationes a variis Provinciarum Capitulis latae, circa formas ieiunii et abstinentiae, atque statuta a singulis Capitulis conventualibus et Directoriis Monialium, quoad austeritates proprias communitatum (cf LCO 49, § III; LCM, nn. 67-72).

- 3. A communitatibus Ordinis, quae meditationi Passionis Domini instantius vacare intendunt, adhiberi possunt « Versus de Passione D.N. Iesu Christi », ut in *Processionario O.P.* (ed. Suarez, 1949, pp. 325-328) vel nuovo Proprio O.P.
- 4. Die Cinerum, vel alia in Quadragesima, loco antiqui ritus Psalmorum paenentialium, fieri potest in communi, pro opportunitate, aliqua *celebratio paenentialis* seu « reconciliationis », sive sacramentalis sive — secundum spiritum Ordinis Paenitentiae (nn. 36-37) — non sacramentalis, ita tamen ut haec celebratio Missam immediate non praecedat (EPA, n. 3).

In die Cinerum

1. Ritus benedictionis et impositionis cinerum fiat sicut in Missali Romano, servatis ad libitum cantibus et caeremoniis propriis, ut in Processionario O.P. (EPA, n. 4).
2. Benedictio et impositio cinerum ob rationes pastorales, fieri potest etiam sine Missa (cf MR, p. 180). Tunc convenientius componi posset cum aliqua Officii parte, nimirum cum Hora media vel Officio lectionis.

Ad completorium

1. Si Completorium cantatur, responsorium *In pace* adhiberi potest loco responsorii brevis *In manus tuas*. Antiphonae *Evigila*, *O Rex* adhiberi possunt loco antiphonae *Salva nos* (EPA, n. 15).
2. Si Completorium non cantatur, antiphonae *Evigila* et *O Rex* cantari possunt ad canticum MAGNIFICAT Vesperarum, in sabbatis vel dominicis diebus (EPA, n. 16).
3. Cantus *Media vita*, quia non est antiphona, adhiberi potest vel loco responsorii, sive ad Completorium sive ad Vesperas, vel pro aliis celebrationibus, v.g. ad liturgiam paenitentialem feriae IV Cinerum aut feriae V in Cena Domini (EPA, n. 16).

NOTA: Perutile studium circa omnia ista elementa afferunt L. VERWILST, « les Complies dominicaines », ASOP 21, 1933, pp. 272-279; E.M. RIELAND, « De Completorio Fratrum Praedicatorum », *Ephemerides Liturgicae* 59, 1945, pp. 139-176.

MARTIUS

IN VIGILIA ANNUNTIATIONIS DOMINI

(die 24 Martii - De feria)

1. Hodie, iuxta Ordinis antiquam traditionem, apud nostras communitates speciale « Capitulum » haberi potest, seu sollemnis Annuntiationis Domini proclamatio (EPA, n. 26).
2. Pro hac celebratione, una cum lectione Evangelii (Io 1, 1-14) inter alia utiliter indicari possunt, libere seligenda: recitatio appropriata quorundam Psalmorum, responsoria « Descendit de caelis Deus verus » (Cf *Matutinum O.P.* ed. Gillet, 1936, p. 32) et « Verbum caro factum est » (*ibid.*, p. 47), antiphona « Quando advenit » (cf *Liturgia Horarum* II, p. 1311) et *thema* « Sacramentum reconciliationis nostrae » (cf *ibid.*, pp. 1316-1317).
3. Expedit ut tota actio liturgica brevi monitione introducatur et congrua homilia (cf IGMR, nn. 41-42) habeatur, vel post lectionem Evangelii vel statim post ipsum sollemnem Incarnationis nuntium, iuxta diversorum locorum consuetudinem (cf *Caeremoniale O.P.*, ed. Jandel, 1869, nn. 1633; 1346-1349).

« Fratribus cordi sit traditionalis in Ordine devotio erga Deiparam Virginem, Apostolorum Reginam atque exemplum meditationis verborum Christi et docilitatis in propria missione ».

(LCO, n. 67)

HEBDOMADA SANCTA

DOMINICA IN PALMIS DE PASSIONE DOMINI

1. Hac die Ecclesia recolit ingressum Christi Domini in Ierusalem ad consummandum suum paschale mysterium. Quare in omnibus Missis huius dominicae fit memoria huius eventus, et quidem per processionem vel introitum sollemnem ante Missam conventualem, per introitum simplicem ante alias Missas (cf MR, p. 224, n. 1).
2. Ritus benedictionis palmarum et processionis fiat modo in Missali Romano descripto, additis cantibus propriis Ritus nostri, ut in *Officio Hebdomadae Sanctae O.P.* [OHS], ed. Fernandez, 1965, pp. 7-19 (EPA, n. 5).
3. Distributio palmarum fit vel ante initium celebrationis vel immediate ante Evangelii proclamationem.
4. Post processionem vel introitum sollemnem, omittuntur signum crucis et actus paenitentialis vel aspersio aquae benedictae initio Missae, et dicitur statim collecta Missae, quae deinde proseguitur more solito (cf MR, p. 232, n. 11).
5. Historia Passionis legitur a diacono vel, ipso deficiente, a concelebante vel ab ipso celebrante principali. Legi potest etiam ab aliis lectoribus, sive religiosis — ut Fratres Cooperaores, Moniales et Sorores — sive laicis, parte Christi, si fieri potest, diacono vel sacerdoti reservata (cf MR p. 234, n. 22).

NOTA: Missa pro defunctis hac hebdomada omittitur (LCO, n. 71).

* * *

FERIA V HEBDOMADAE SANCTAE

1. Hodie, vel alia die hebdomadae, si opportunum videatur, in communi fieri potest aliqua *celebratio paenitentialis* seu « reconciliationis » sive sacramentalis sive — iuxta spiritum Ordinis Paenitentiae (nn. 36-37) — non sacramentalis, ita tamen ut haec celebratio Missam immediate non praecedat (EPA, n. 3).
2. *Ritus « Mandati »* fieri potest etiam extra Missam, [prout extat in Officio Hebdomadae Sanctae, pp. 84-85; 91-98] (EPA, n. 7).

TRIDUUM PASCHALE

1. Sacrum paschale triduum Passionis et Resurrectionis Domini uti totius anni liturgici culmen effulget (CR, n. 18).
2. Incipit a Missa vespertina in Cena Domini, habet suum centrum in Vigilia paschali et clauditur Vesperis dominicae Resurrectionis (CR, n. 19).
3. His diebus, optandum est ut fratres aut sorores, « qui mysterio infirmitatis aggrediuntur », celebrationibus liturgicis communitatis consociantur seu participes reddantur (cf. LCO, nn. 9, 10; LCM, nn. 8-12 et 45, 2°), praesertim si in nosocomio inveniuntur degentes, « ut adiuventur ad sensum percipiendum huius realitatis, quando in communionem cum mysterio paschali Christi vivitur » (ARPA, n. 5).
4. Ideo, prae oculis habitis variis diversisque adiunctis, omnia ita disponantur ut, modo aptiori illis possibilitas detur Communionem recipiendi necnon et, pro opportunitate, venerationem/adorationem Crucis perficiendi, feria VI in Passione Domini, libenter adhibitis variis facultatibus in Rituali positis (cf. ARPA, n. 9).

Etenim « sollicitudo nostra, quae per fraternum auxilium et orationem manifestatur, optime testimonium praebet in

mundo de necessitudine per Evangelium obtenta, de fide nostra in Deo et de potentia Rurrectionis Filii eius » (ARPA, n. 5).

In Cena Domini

1. « *Sermo dominicus* » legi potest in mensa, lingua vernacula (cf OHS, p. 109) vel, ut ultima diei celebratio in communi, coram Ss.mo Sacramento (EPA, n. 8), loco Completorii (cf SC, n. 97).
2. Expleta celebratione huius diei, tempore opportuno, altare denudatur et, si fieri potest, auferuntur cruces ab ecclesia. Expediit autem ut cruces, quae forte in ecclesia remanent, velentur (cf MR, p. 249, n. 19). Removenda est a vasis ecclesiae aqua benedicta.
3. Praelatus maior facit Officium ad Horas maiores et Missam (cf ICLOP, n. 22). Officium ad Horas maiores et Missa in dextero choro inchoantur.

* * *

*« Carnem vestram domate ieiuniis et abstinencia
escae et potus, quantum valitudo permittit.
Quando autem aliquis non potest eieunare, non
tamen extra horam prandii aliquid alimentorum
sumat, nisi cum aegrotat ».*

(Ex Regula B. AUGUSTINI, episcopi)

FERIA VI IN PASSIONE DOMINI

1. Hodie et, iuxta opportunitatem, etiam Sabbato Sancto usque ad Vigiliam paschalem, ubique celebratur sacrum ieiunium paschale (CR, n. 20).
2. Hodie et crastina die, in fine Laudum, loco precum in Liturgia Horarum occurrentium, adhiberi possunt « Versus litanici » in cantu: vel lingua latina cum melodia gregoriana, ut in Officio Hebdomadae Sanctae O.P. (pp. 60-63), vel lingua vernacula adhibita melodia apta pro iis congrue parata (cf IGLH, n. 275). In fine autem, post silentii pausam, oratio dominica elata voce dicatur, ut moris est in fine Laudum (EPA, n. 17).
3. Ritus proprius Adorationis sanctae Crucis servari potest, ut in Missali O.P. (pp. 135-138) vel in OHS (pp. 173-185) attentis adaptationibus liturgiae instauratae (EPA, n. 9): quoad ministros, paramentorum colorem (rubrum) atque harmonicam gestus cohaesionem cum totalitate ritus. Versus autem ad « Improperia » [« Popule meus », « Quia eduxi », « Quid ultra »] cantari poterunt adiuvante schola, si casus fert vel, pro necessitate, solummodo proclamari.
4. Completorium dicitur post sollemnem Actionem liturgicam, hora opportuniore, *duobus candelis accensis* (OHS, p. 192).

NOTA:

- Hodie et crastina die, ad Officium lectionis et ad Laudes matutinas, candelae more solito accendi possunt tantum ad altare, numero et modo consueto pro Sollemnitatibus, et accensae manere toto Officii tempore.
- Altare tempore opportuno denudetur, relicta tamen Cruce.
- Hac die fratres, post adorationem Crucis chorum intrantes vel de eo exeuntes, Cruci profunde inclinant sicut alii

diebus, non autem genuflectant (ASOP 16, 1923, p. 60, n. 12).

- Hac die *De profundis* pro fratribus et benefactoribus defunctis (LCO, n. 72) et *Fidelium* in gratiis, omittuntur. Consuetudo, vero, deferendi cappam in refectorio (cf. *Cae-remoniale O.P.*, n. 569) ubi adest servari potest, nisi aliud expedire videatur.

* * *

SABBATO SANCTO

1. Ad Officium Lectionis, *Oratio Ieremiae* in cantu (ut in OHS, pp. 60-63), lingua latina, servetur quando sumitur alter cyclus lectionum (cf IGLH, n. 150), in Lectionario pro II anno. Quando vero sumitur cyclus primus (ut in *Liturgia Horarum* II, p. 382) adhiberi item potest tamquam *Canticum Vigiliae* protractae (cf LH II, Appendix I, p. 1731).
2. In fine Laudum, loco precum in Lit. Hor. occurrentium, adhiberi possunt « Versus litanici » in cantu, ut indicatur supra, feria VI in Passione Domini (n. 2).
3. Item candelae, ad Officium lectionis et ad Laudes matutinas, accendi possunt more solito tantum ad altare, numero et modo consueto pro Sollemnitatibus, et accensae manere toto Officii tempore.

* * *

DOMINICA PASCHAE IN RESSURRECTIONE DOMINI

I Vigilia Paschalis

1. Tota huius sacrae Vigiliae celebratio nocte peragi debet, ita ut vel incipiat post initium noctis vel finiatur ante diei dominicae diluculum (CR 21).
2. In hac sacra Vigilia, praeconium paschale « Exultet » cani potest cum melodia propria (ut in Missali O.P., pp. 142-149); textus tamen sit ille qui in Missali Romano proponitur (EPA, n. 10), forma longiore vel brevior.
3. Praeconium pascale annuntiari potest, pro necessitate, etiam a persona quae non sit diaconus — ut Moniales in propriis monasteriis —, quae tamen omittit verba *Quapropter astantes vos* usque ad finem invitationis, necnon salutationem *Dominus vobiscum* (MR, p. 270, n. 17).

II Processiones

a) PROCESSIO MATUTINA

1. Ad Laudes matutinas huius maximae Sollemnitatis, sive ante sive post earum celebrationem, elementa quaedam antiquae processions « in diluculo » (ut in Processionario O.P., pp. 33-41), congruis adaptationibus servari possunt, quin Ss.mum Sacramentum deferatur (EPA, n. 11).
2. Haec processio, iuxta locorum consuetudinem, diversas pro adiunctis formas induere poterit atque interdum, ut apud Moniales, etiam fieri ritus « pascalis aspersionis » locorum regularium. Quo in casu facultas petenda est ut ministri intrare possint intra limites clausurae (EPA, n. 11, nota 3).

b) PROCESSIO VESPERTINA

1. Hodierna celebratio Officii ad Vesperas uberem significationem induit, veluti huius magni diei consummatio, apparitionum Domini commemoratio, baptismalis gaudii expressio, « Crucis gloriosae » salutatio in fine Hebdomadae Sanctae.
2. Summe convenit Vesperas celebrare modo sollemniori ad tam sacri diei occasum colendum tantaque beneficia recolenda (cf IGLH, n. 213).
3. Dominica Paschae et durante Octava, ad Vesperas, praesertim cum populo, cantari possunt antiphonae *Christus resurgens* et *Regina Caeli*, ut in Antiphonario O.P. (ed. Gillet, 1933, pp. 484-486) vel in Processionario O.P. (pp. 41-45), cum vel sine processione.

Insuper utiliter adhiberi poterit, pro opportunitate, lectio longior, potissimum ex Evangelio secundum Lucam (24, 12-25) — si exceptio, a probatis auctoribus insinuata [cf NOTITIAE 14 (1978), 4, pp. 180-181], non displiceat —, ratione quoque habita, pro libito, de quibusdam signis liturgiae baptismalis [ut lux, aqua, Crux et similia].

4. Diligentissime, ubi viget, servetur particularis traditio celebrandi, die Paschae, eas Vesperas baptismales, in quibus, dum cantantur psalmi, fit processio ad fontes (IGLH, n. 213).

NOTA:

- Post Completorium extinguitur Cereus paschalis, qui deinceps Tempore paschali accendi potest ad Missam et ad Horas principales Officii usque ad Pentecosten (ICLOP, n. 29).
- Missa pro defunctis hac hebdomada omittitur (LCO, n. 71).

APRILIS

5. *Alb.* ♦ **S. Vincentii Ferrer**, presb., *Memoria obl.* [C].

FRATER (1350-1419): Divinorum contemplatione et apostolica caritate fervidus, sacrae doctrinae et vitae spiritualis clarus extitit magister atque, Spiritus Sancti donis perfusus, Evangelii salutis charismaticus praedicator pacisque restitutor.

Omnia ut in Proprio O.P., vel de Com. past.

MISSA pr., lect. pr. vel ex Lect. fer.

L I T. P. Ap 14, 6-7.

Extra T. P. Ez 37, 1-14; vel Tit 2, 11-14; 3, 3-7.

Ps 97, 5-6. 7-9a. 9bc (R/. 9; T. P. Alleluia).

V/. All. Lc 21, 36.

Ev Lc 10, 1-9.

COLLECTA

Deus, qui nos caelestis patriae semitam in expectatione Salvatoris currendam, beati Vincentii praedicatione docuisti, eius, quaesumus, interventione nobis concede, ut, in labore ac dilectione ferventes, non hic manentem civitatem sed futuram quaeramus. Per Dominum.

10. *Rub.* ★ **B. Antonii Neyrot**, presb. et mart.

FRATER (1425-1460): Singularis audaciae et vehementiae vir, invisendi et experiendi cupiditate exagitatus, a piratis quondam captus et apostata effectus, tandem divina gratia retractus, pro fide Christi, quam interdum renuerat, uxorem quoque ducens, tyrannide sensibusque devictus, habitu religioso reassumpto, vitam sponte obtulit generoso martyrio, lapidibus obrutus.

De Com. unius mart.

13. *Alb.* ★ **B. Margaritae de Città di Castello**, virg.

SOROR SAECULARIS (1287-1320): Caeca a nativitate et ab ipsis parentibus derelicta, uni Deo fiducialiter innixa sub regula Ordinis vivens, cunctis magni solatii fuit interius

Christi lumine perfusa, cuius incarnationis mysterium impense coluit.

De Com. virg., vel sanct. mulierum.

14. *Alb.* ★ **B. Petri González**, presb.

FRATER (+ 1246): Spiritu fidei et orationis studio praeintens, in proximis iuvandis, miseris praesertim et in maris periculis victum quaerentibus, nautarum patronus evasit vulgoque « sanctus Telmus » appellatus, ex saevissima maris procella sedata ex quorundam illorum invocatione.

De Com. past.

17. *Alb.* ★ **B. Clarae Gambacorta**, relig.

MONIALIS (1362-1419): Precoci viduitate afflicta, multisque adversitatibus sibi a familiaribus inflictis, eam a sancto proposito Deo se dicandi remove conantibus, constanter superatis, tandem libertate donata, hortante S. Catharina Senensis Ordinis habitum induit novumque Monasterium condidit, ubi sororibus praefuit, eximia prudentia et caritate.

De Com. sanct. mulierum: pro relig.

★ **B. Mariae Mancini**, relig. [olim die 30 ian.].

MONIALIS (1355-1431): Bis vidua et omnibus orbata liberis, novam sub regula Ordinis, hortante S. Catharina Senensi, ingrediens viam, prius ut Soror de Paenitentia deinde, in Monasterio a se fundato, ut Monialis, divinae contemplationi ac paenitentiae se totam devovit.

De Com. sanct. mulierum: pro relig.

MISSA feriae, vel unius e memoriis.

19. *Alb.* ★ **B. Isnardi de Chiampo**, presb. [olim die 22 mar.].

FRATER (+ 1244): E primaeva fratrum generatione, vir extimatus « religiosus et fervens et graciosus admodum praedicator », qui virginitatem « carne et corde » coluit, miraculorum fama praeclarus.

De Com. past.

★ **B. Sibyllinae Biscossi**, virg. [olim die 23 mar.].

SOROR SAECULARIS (1283-1367): Mox parentibus orbata et duodennis caeca facta, sororum Fraternitatis S. Dominici auxilio semitas Domini ingrediens, multos ad se confugientes interiori luce suffulsit, speciali in Iesum Crucifixum et in Spiritum Sanctum pietate flagrans.

De Com. virg., vel sanct. mulierum.

MISSA feriae, vel unius e memoriis.

20. *Alb.* **S. Agnetis de Montepulciano**, virg., *Memoria obl.* [C]

MONIALIS (1268-1317): Ad evangelicam perfectionem contendens in monasterio a se fundato sub regula Ordinis, infantem Iesum et Virginem Matrem magno pietatis affectu prosequens, Spiritus Sancti donis suffulta candens orationis et caritatis lampas effecta, de unitatis et pacis bona prosequenda suae virtutis gratia et auctoritate animum concivium sustinuit, digna quae a S. Catharina Senensi «mater gloriosa» vocaretur pro eius «doctrina et verae humilitatis exemplo» sectanda.

Omnia ut in Proprio O.P., vel de Com. virg.

MISSA pr., lect. pr., vel ex Lect. fer.

L I Ap 5, 11-14; vel 2 Cor 10, 17-11, 2.

Ps 44, 11-12. 14-15. 16-17 (R/. cf Mt 25, 6). vel Alleluia (Com. virg. T. P., n. 2).

V/. All. (de Com. virg., n. 2).

Ev Mt 11, 25-30.

COLLECTA

Deus, qui sponsam tuam Agnetem miro decorasti orationis ardore, concede, ut eius imitatione, tibi mentibus semper intenti, copiosum pietatis fructum exinde consequi valeamus. Per Dominum.

27. *Alb.* ★ **B. Hosannae de Kotor**, virg.

SOROR SAECULARIS (+ 1565): Orthodoxorum filia adulescentiam duxit in simplicitate in pascendis ovibus. Christo patienti conformis fieri cupiens vitam reclusam amplexa

est domi et habitu Ordinis assumpto cum Hosannae nomine, divinorum contemplationi et crebris orationibus insistent, non suae tantummodo salutis sed et aliorum consulere studuit. Invocatur pro Ecclesiae unitate.

De Com. virg., vel sanct. mulierum.

29. *Alb.* ♦ S. CATHARINAE SENENSIS, virg. et Eccl. doct. [olim die 30], *Festum* [B].

SOROR SAECULARIS (1347-1380): Inclita S. Dominici filia, cuius charisma praeclare muliebri virtute expressit, Ecclesiae servitio ac proximorum salutis summopere intendit. Sancti Spiritus donis mirifice aucta eique summa docilitate obsequens, altissimam divinorum contemplationem mira cum apostolica actuositatem coniunxit. Ipsum Pontificem ut romanam sedem peteret induxit aliosque cuiuscunque condicionis viros ac mulieres, ignito eloquio, ad bonum virtutis vel pacis adducere satagit; et quod humana ope efficere nequibat id precando, expiando suamque offerendo vitam, a Patre misericordiarum impetrare suppliciter contendit. Christo Crucifixo, sacris quoque stigmatibus, conformis effecta aliisque mysticis donis referta, praeclara tradidit spiritualis doctrinae documenta: digna quae « mater » a copiosa discipulorum familia vocaretur et adhuc perseveret pro universa dominicana familia.

Omnia ut in proprio O.P., vel ut in LH et MR, gradu Festi servato.

MISSA pr., *Gloria*, Lect. pr., Pf. de virg. et relig. vel de sanctis, *Bened. soll.* ad lib.

L I Ap 1, 5-8; vel Col 1, 24-29; vel 1 Io, 1, 5 — 2, 2.

Ps 102, 1-2. 3-4. 8-9. 13-14. 17-18a. (R/. 1a).

V/. All. Io 7, 37b; vel Io 14, 26 (GR, 432).

Ev Io 7, 14b-18, 37b-39; vel Io 17, 1-11; Io 14, 21-26.

NOTA: In Missis votivis, extra T.P., et sicubi ut Sollemnitatis celebretur:

L I Sap 7, 7-10. 15-16; vel 7, 7-16 (ut in Fest. S. Thomae Aq.) Reliqua, pro Sollemnitate, ut supra.

COLLECTA

Deus, qui tuae circa nos veritatis lumen, in coniuncta et mirifica agnitione tuipsius in nobis ac nostri in te, per beatam Catharinam hauriendum nos doces, eius precibus nobis praesta, tanta veraci cognitione proficere virtute ut perfectius in dies te diligere ac tibi deservire valeamus. Per Dominum.

30. Alb. ♦ **S. Pii V**, papae [olim die 5 maii] *Memoria obl.* [C].

FRATER (1504-1572): Doctrina et austeritate vitae praeclarus, variis in Ecclesiae et Ordinis bonum officiis expletis, ad supremum pastorale munus evectus, divini cultus et ecclesiasticae disciplinae strenuus extitit instaurator. Ipsam fidem catholicam adversantes invicta fortitudine obstitit omnibus viribus atque opibus, quarum memoranda extat in Turcarum classem navalis expeditio - sodalitatibus Rosarii, tunc ab ipso instaurati, ad hanc causam spiritaliter convocatis -, cuius victoria permotus festum B. Mariae de Victoria instituit: dignus qui ut Rosarii promotor in Ecclesia aestimetur.

Omnia ut in Proprio O.P., seu ut in LH et MR, gradu Festi servato.

MISSA pr., Lect. pr. vel de Lect. fer.

L I Act 20, 17-18a. 28-32. 36; vel 1 Cor 2, 1-10a.

Ps 109, 1. 2. 3. 4 (R/. 4bc).

V/. All. Io 10, 14 (GOP ,222; GR, 223).

Ev Io 21, 15-17; vel Lc 22, 28-32.

COLLECTA

Deus, qui in Ecclesia tua beatum Pium papam ad fidem tuendam ac te dignius colendum providus excitasti, da nobis, ipso intercedente, vivida fide ac fructuosa caritate mysteriorum tuorum esse participes. Per Dominum. (Ex Missali Romano)

MAIUS

4. *Alb.* ★ **B. Aemiliae Bicchieri**, virg. [olim die 19 aug.].

MONIALIS (1238-1314): Pluries priorissa, inter sorores humillima ita ut viliora domus ministeria laetissima obiret, erga Domini passionem mira pietate flagrans.

De Com. virg.: pro relig.

7. *Alb.* ★ **B. Alberti de Bergamo**, patrisf. [olim die 11 maii].

FRATER SAECULARIS (1214-1279): In labore et humilitate, mansuetudinem Domini manifestavit.

De Com. sanct. virorum.

8. Ad Patrocinium B.V. Mariae supra totum Ordinem Praedicatorum recolendum:

Hodie — vel alia die si id peculiaris ratio suadeat — MISSA votiva de B. Maria Virgine proponitur celebranda, iuxta formularium pro Ordine nostro approbatum quod huic intentioni appropriate respondet (cf. *infra*, in Appendice I, p. 115).

Item renovari poterit Consecratio B.V. Mariae, formula a Cap. Gen. 1974 adhibita (cf. *infra*, p. 142).

10. *Alb.* **S. Antonini de Firenze**, ep., *Memoria obl.* [C].

FRATER (1389-1459): Regularis disciplinae providus restitutor, dono consilii clarus, Ecclesiae vigilans et misericors pastor, austeritate vitae, orationis studio et eminentia doctrinae insignis.

Omnia ut in Proprio O.P., vel de Com. past.

MISSA pr., lect. pr., vel ex Lect. fer.

L I Sir 37, 20-29; *vel* Iac 3, 13-18.

Ps 118, 9. 10. 11. 12. 13. 14 (R/. 12b, *vel* Allel.).

V/. All. Mt 24, 42a-44.

Ev Lc 12, 35-44.

COLLECTA

Deus, qui beatum Antoninum episcopum sapientiae dono mirabilem efficisti, infunde, quaesumus, famulis tuis spiritum intelligentiae, veritatis et pacis, ut, quae tibi placita sunt, toto corde cognoscant et, agnita tota virtute sectentur. Per Dominum.

12. *Alb.* ★ **B. Ioannae de Portugallia, virg.**

MONIALIS (1452-1490): Fervida in Deum et proximum, quibus impense servire studuit iam in aula regia vivens, orationi et paenitentiae dedita vixit pro peccatorum conversione et christianorum in Africa captivorum liberatione.

De Com. virg.: pro relig.

13. *Alb.* ★ **B. Imeldae Lambertini, virg.**

MONIALIS (1321-1333): In Eucharisticum mysterium divina caritate flagrans, communione mirabiliter recepta, duodenis adhuc, Christo Sponso amoris hostia adhaesit consummata, digna quae parvulis ad mensam eucharisticam accedentibus caelestis patrona et exemplar assignaretur.

De Com. virg.: pro relig.

15. *Alb.* ★ **B. Andreae Abellon, presb. [olim die 17].**

FRATER (1375-1450): Contemplativus et artis pictoriae - ut fertur - habilis, sacra doctrina et praedicatione clarus, fratres ut Prior rexit « longanimitate, suarum potius virtutum exemplo quam praeproperis agendi rationibus ».

De Com. past.: pro relig.

★ **B. Aegidii de Vaozela, presb. [olim die 14].**

FRATER (1184-1265): E dissoluta ad virtuosam vivendi rationem conversus, Deipara Virgine mirabiliter interveniente, ad futurorum bonorum substantiam anhelans, praeterita expiavit crebris paenitentiae ac virtutum operibus et orationis studio enituit.

De Com. past.: pro relig.

MISSA feriae, vel unius e memoriis.

21 *Alb.* ★ **B. Columbae de Rieti**, virg. [olim die 20].

SOROR REGULARIS (1467-1501): Iesu, caelesti Sponso, patienti intime coniuncta et animarum zelo succensa, pacem et unitatem civium strenue conciliare satagit, digna quae vera « columba pacis » appellaretur.

De Com. virg.: pro relig.

24. *Alb.* TRANSLATIONIS S.P. DOMINICI, presb.,
Memoria obl. [C].

NOTA: Sicubi hodierna S.P. Dominici festivitas tamquam principalis eligitur, celebratur gradu *Sollemnitatis*, ut in festo principali (die 8 aug.), servatis ad libitum quae de hodierna celebritate sunt *de se propria*.

Omnia ut in Proprio O.P.

MISSA pr., lect. pr. (vel, pro adiunctis, ex Lect. fer.), Pf. pr. (cf. Appendix I, nn. 1-2), *Sequentia* ad lib. (cf. Appendix I: « Laudes Patri Dominico »).

L I [T. P.: Act 4, 32-35.].

Is 52, 7-10; *vel* 1 Tim 2, 1-8.

Ps 15, 1-2a et 5. 7-8. 11. (R/. 5a; *vel* Allel); *vel* 95, 1-2a. 2b-3. 7-8a. 10. (R/. 3).

V/. All. Mt 28, 19a. 20b; *vel* « Pie Pater, Domine, etc » (GOP, 534).

Ev Mt 28, 16-20.

COLLECTA

Deus, qui Ecclesiam tuam beati Dominici, Patris nostri, illuminare dignatus es meritis et doctrinis, concede ut eius intercessione temporalibus non destituantur auxiliis, et spiritualibus semper proficiat incrementis. Per Dominum.

[Commentarium: L. ROUSSEAU, « De oratione liturgica B.P.N. Dominici », ASOP 19, 1929-1930, pp. 235-242].

27. *Alb.* ★ **B. Andreae Franchi**, ep. [olim die 30].

FRATER (1335-1401): Strenuus pacis promotor in populo suo exstitit et pervigil pastor, humanitate ac misericordia nitens, pietatis studio assiduaque verbi Dei praedicatione praeclarus.

De Com. past.: pro relig.

28. *Alb.* ★ **B. Mariae Bartholomaeae**, virg.

SOROR SAECULARIS (1514-1577): Diuturnis doloribus hilariter toleratis, impense verbo et scripto plurimos sapienter commonuit.

De Com. virg.

29. *Rub.* ★ **Bb. Guillelmi Arnaud, et Soc.**, martyrum.

FRATRES (+ 1242): Ex undecim sodalium martyrum hodiernae commemorationis, duo exstiterunt fratres Ordinis nostri sacerdotio aucti: Guillelmus Arnaud, tribunalis Inquisitionis caput, et Bernardus de Roquefort, ambo opere et spiritu ferventes.

FRATER COOPERATOR insuper adfuit, in eodem coetu, Garcia de Aure nomine, pariter ex Ordine nostro et martyrii socius.

Ii tres incliti fidei testes, « gaudentes..., ut viri apostolici » martyrio se obtulerunt, cantando *Te Deum* et *Credo in unum Deum*. Itaque die Ascensionis Domini 1242, in extremo agone « devotissime decantando *Salve Regina misericordiae* », simul coronati sunt, « pro fide Christi et oboedientia Ecclesiae romanae ».

De Com. plur. mart.

30. *Alb.* ★ **B. Jacobi Salomoni**, presb. [olim die 5 iun.].

FRATER (1231-1314): Vestigiorum beati Patris Dominici fidelis sectator ac « pauperum pater » benignissimus.

De Com. past.: pro iis qui opera misericordiae exercuerunt.

IN ASCENSIONE DOMINI

(Sollemnitas)

1. Hac die, in qua Christi ad dexteram Patris exaltatio celebratur, ad hoc mysterium evangelicum (cf Mc 16, 19; Lc 24, 50-53; Act 1, 6-11) sollemniter recolendum servari potest *processio* ante Missam, ut in Processionario O.P. (pp. 45-49), vel ipsa processio fieri ad modum introitus sollemnioris (EPA, n. 12).
2. Post processionem vel introitum sollemnem, omissis signo crucis et actu paenitentiali (vel aquae benedictae aspersione initio Missae si fuerit dominica), continuo canitur *Gloria* et Missa proseguitur more solito (EPA, *ibid.*).
3. Feriae post Ascensionem usque ad sabbatum ante Pentecosten inclusive ad adventum praeparant Spiritus Sancti Paracliti (IGLH, n. 26). In ordinandis igitur celebrationibus liturgicis apud communitates nostras de hoc ratio habeatur, iuxta spiritum et traditionem Ordinis.

NOTA: in hebdomada Pentecostis Missa pro defunctis omititur (LCO, n. 71).

« Cum contemplatio divinorum et intimum colloquium ac familiaritas cum Deo non tantum in celebrationibus liturgicis et in lectione divina, sed etiam in assidua oratione privata quaerenda sint, hanc orationem fratres sedulo colant ».

(LCO, n. 66)

IUNIUS

2. *Rub.* ★ **Bb. Sadoc et Soc.,** martyrum.

COMMUNITAS UNIVERSA religiosorum (+ 1260): Matrem misericordiae cantu « Salve Regina » salutantes, regularem observatiam sanguine suo consecrarunt.

De Com. plur. mart.

4. *Rub.* **S. Petri de Verona,** presb. et mart. [olim die 29 apr.], *Memoria oblig.* [C].

FRATER (+ 1252): « Praedicatorum decus », adhuc vivente beato Dominico Ordinem amplexus, « gratia innocentiae » ac divinae bonitatis contemplatione fulgens, christianorum morum strenuus exstitit propugnator atque Evangelii salutis praeco ac testis praeclarus. Spiritus Sancti donis mirifice suffultus, in verae fidei propagationem et defensionem impense adlaboravit, de cuius promotione in populo sollicitus, « Consociationes Fidei » et « Confraternitates Laudum B.V. Mariae » instituit. Fraternitatis amator et sectator, communitariam vitam ferventer promovit, sapienter ut Prior ordinavit strenueque defendit. De bono quoque spirituali Sororum valde sollicitus, illis peramanter astitit consilio et adhortatione atque ut moderator spiritus plurimum profuit. Postremo vitae tempore, inquisitoris officio auctus, dum apostolicam missionem summa humanitate efficaciter imple-ret, haereticorum gladio occubuit « pro fidei pietate et oboedientia romanae Ecclesiae », suprema voce Symbolum *Credo* confitens et sanguine firmans.

Omnia ut in Proprio O.P., vel de Com. unius mart.

MISSA pr., lect. pr., vel de Lect. fer. Pf. pr. (cf. infra, Appendix I, 4) ad lib.

L I Act 7, 55-60; vel 2 Tim 2, 3-13.

Ps 30, 3cd-4. 6. et 8ab. 16bc-17 (R/. 6; vel, T.P. Allel.).

V/. All. 1 Petr 4, 14; vel, extra T.P. Mt 5, 10.

Ev Io 15, 18-21; vel Lc 12, 4-9.

COLLECTA

Deus, fidei auctor et custos, qui beatum Petrum in professione verae fidei perseverantem martyrio co-

ronasti, concede fidelibus tuis, ut eamdem fidem ore et opere profitentes, salutem inde reportemus animarum. Per Dominum.

8. *Alb. Bb. Dianae et Caecilliae*, virg. [olim die 9], *Memoria ad lib.* [D].

MONIALES ambae: Diana (c. 1200-1236) fervens adhuc viventis S.P. Dominici discipula; Cecilia (c. 1200-1290) in eadem sancta conversatione socia, eiusdem Patris vultus et spiritus testis est praeclara.

Omnia ut in Proprio O.P., vel de Com. Virg.

MISSA pr., lect. pr., vel de Lect. fer.

L I Col 3, 1-4; vel (T.P.), Ap 19, 1. 5-9a.

Ps 62, 2. 3-4. 5-6. 8-9 (R/. 2b); vel (T.P.), Allel. (In Consecrat. virg., n. 2).

V/. All. Lc 11, 28.

Ev Mt 25, 1-13.

COLLECTA

Laetifica nos, quaesumus, Domine, beatarum virginum Dianae et Caeciliae grata festivitate et praesta ut earum intercessione fraternitatis dilectionem et veritatis amorem in corde exhibeamus et opere. Per Dominum.

10. *Alb. B. Ioannis Dominici*, ep., *Memoria ad lib.* [D].

FRATER (1357-1419): Pristinæ observantiae regularis fervidus instaurator, christianae educationis magister atque pacis et unitatis ecclesiasticae promotor.

Omnia ut in Proprio O.P., vel de Com. past.

MISSA pr., lect. pr., vel de Lect. fer.

L I 2 Tim 1, 13-14; 2, 1-3.

Ps 88, 2-3. 4-5. 21-22. 25 et 27. (R/., cf. 2a).

V/. All. Io 15, 15b.

Ev Io 15, 9-17.

COLLECTA

Deus, superni consilii et caritatis largitor, qui, in conservanda Ecclesiae unitate promovendaque regu-

lari observantia, beatum Ioannem episcopum virtute roborasti, eius intercessione nobis concede ut quae sunt unitatis et pacis, iugiter sectemur. Per Dominum.

12. *Alb.* ★ **B. Stephani Bandelli**, presb.

FRATER (1369-1450): Vitae austeritatem cum sacrae doctrinae studio mirifice coniungens, magisterio et verbi Dei praedicatione claruit, arcta cum Christo unione et caritate fulgens.

De Com. past.

18. *Alb.* ★ **B. Hosannae de Mantova**, virg. [olim die 20].

SOROR SAECULARIS (1449-1505): divinorum contemplationem et bonorum operum exercitium una cum gubernio et saecularibus occupationibus, magna sapientia coniunxit.

De Com. virg., vel sanct. mulierum: pro iis qui opera misericordiae exercuerunt.

20. *Alb.* ★ **B. Margaritae Ebner**, virg. Monialis (1291-1351).

MONIALIS (1291-1351): Una exstat ex praecellentibus mysticis renanis qui saec. XIV floruerunt in plus quam 70 Monasteriis Ordinis nostri Teutoniae. Amica Ioannis Tauler, et ipsa auctrix fuit autobiographicae experientiae ac spiritualium elevationum insignis.

De Com. virg.

23. *Alb.* ★ **B. Innocentii V**, Papae [olim die 22].

FRATER (1224-1276): Antea Petrus de Tarentaise, a patrio loco dictus, unus exstitit illorum fratrum qui, cum S. Alberto Magno et S. Thoma Aquinate, « ad promotionem studii » adlaboraverunt simulque Statuta confecerunt quae veluti *charta* perennis institutionis scholarum Ordinis aestimanda sunt. Magisterio clarus sed honestate vitae morumque suavitate clarior, ad Petri cathedram evectus, ecclesiale servitium in oecumenicam unitatem redintegrandam praeserti mversum, raptim explevit: « Ecclesiae ostensus potius quam datus ».

De Com. past.

IULIUS

7. *Alb.* ★ **B. Benedicti XI, Papae.**

FRATER (1240-1304): Nonus Magister Ordinis, « magnus communis amator et sectator » Nicolaus Boccasini ut rector humanus et acutus eluxit. Cardinalis titulo S. Sabinae creatus, promovendae pacis studio legationibus Papae pluries adscitus, summa dexteritate et impensa animi vi efficaciter egit. Ipsi Pontifici iniuriis afflicto eximia fidelitate animique constantia astitit eique in pontificatu succedens, summi Ecclesiae pastoris servitium alacriter suscepit, fide gessit — impense operans ad pacem restaurandam et reconciliationem procurandam — sancteque complevit.

De Com. past.

8. *Rub.* ★ **B. Hadriani Fortescue, patrisf., mart.**

FRATER SAECULARIS (1476-1539): Vir genere animoque nobilis, coniux et pater praeclarae virtutis, iudex pacis Ordinisque Melitensis eques, regulam Fraternitatis laicalis S. Dominici professus, tamquam ascetice vivendi normas haec inter alias sibi imposuit: divini beneplaciti impletionem in omnibus quaerere, motioni Sancti Spiritus semper obsequi in agendis, quotidie bona consilia renovare omniaque diligenter explere et a Deo perseverantiam impetrare. Ob eius virtutem invisus, bis carcere detentus, demum capite mulctatus est ob dedignationem praestandi fidelitatis iuramentum regi in rebus fidei.

NOTA:

Deest in Calendario « ad usum Provinciarum » approbato eiusque memoria tantum in Provincia Angliae traditur recolenda. De ipso tamen utpote rite in Beatorum catalogo ascripto inde a die 13 maii 1895, *Memoria ad lib.* regulariter celebrari potest, iuxta generales normas (cf. Promptuarium rubricarum: [D], II et III).

9. *Rub. Ss.* **Ioannis de Köln, presb., et Soc., mart. Memoria oblig.** [C].

FRATER (+ 1572): Catholicae veritatis de Eucharistia et Romani Pontificis primatu atque pastoralis caritatis praeclarus testis.

Omnia ut in Proprio O.P., vel de Com. past.

MISSA pr., lect. pr. vel de Lect. fer.

L I Sap 10, 9-12; vel 2 Cor 6, 4-10.

Ps 125, 1-2ab. 2cd-3. 4-5. 6 (R/. 5).

V/. All. 1 Petr 4, 14.

Ev Lc 6, 22-28.

COLLECTA

Deus, cuius beati martyres Ioannes et socii mirum nobis exemplum fidei ac fortitudinis prae-buerunt, concede, quaesumus, ut, eorum intercessione et exemplo, adversis mundi fortiter obsistentes, in verae fidei confessione perseverare possimus. Per Dominum.

13. Alb. ★ B. Iacobi de Varazze, ep.

FRATER (1226-1298): Doctrina et facundis praeditus, benignitate magis ac virtutum exemplis corda hominum ad Christum trahebat. Gregi sibi commisso eximia pastoralis caritate se totum impendit, de cultu divino instaurando deque vita christiana et pace in populo promovenda peculiariter sollicitus. Clarae exstat famae pro *Legenda aurea*, quae occidentalem spiritualitatem diu profunde affecit quaeque amplum constituit documentum spiritus et culturae illius aetatis.

De Com. past.

17. Alb. B. Ceslai de Polonia, presb., Memoria ad lib. [D].

FRATER (c. 1180-1242): Unus est ex primis fratribus Ordinis. Praedicandi atque dilatandi Ordinem susceptam missionem flagranti zelo adimplens, apostolicis virtutibus illustravit.

Omnia ut in Proprio O.P., vel de Com. past.

MISSA pr., lect. pr. vel de Lect. fer.

L I 1 Tim 2, 1-8.

Ps 66, 2-3. 5. 7-8 (R/. 4).

V/. All. Io 3, 16.

Ev Lc 24, 44-53.

COLLECTA

Deus, qui beatum Ceslaum presbyterum, salutis animarum zelo succensum, mira Evangelii nuntiandi gratia collustrasti, da, ut eius sequentes cum fidelitate vestigia, fidem moribus et praedicatione dilatare possimus. Per Dominum.

24. Alb. ★ **B. Augustini de Biella, presb.**

FRATER (c. 1430-1493): Orationi et praedicationi impense deditus, ministerio consilii et pauperibus sublevandis illuxit.

De Com. past.: pro iis qui opera misericordiae exercuerunt.

★ **B. Ioannae de Orvieto, virg.** [olim die 23].

SOROR SAECULARIS (1264-1306): De quotidiano labore victum quarens, virtutum praesertim ex eo alimoniam traxit.

De Com. virg.

MISSA feriae, vel unius e memoriis.

«Imitatrices beati Dominici sicut et ille Christi [cf. I Cor. 4, 16], perpetuent Moniales eius "spiritum orationisque fervorem": "celebrabat enim cum multa devotione totum divinum officium", "in oratione assiduus", "nocturnis horis nemo vigiliis et obsecrationibus per omnem modum instantior", frequenter "clauso ostio orabat Patrem suum". Ne obliviscantur eius clamorem: "Domine, quid fient peccatores" ».

(LCM, n. 80, § III)

AUGUSTUS

2. *Alb.* **B. Ioannae**, matris S.P. Dominici [olim die 8],
Memoria ad lib. [D].

CHRISTIANARUM MATRUM EXEMPLAR (+ c. 1205): Miram in se imaginem mulieris fortis exprimens, mundo edidit sanctum Dominicum eiusque germanum fratrem et adiutorem in Ordinis propagatione, Mannem. Mulier fuit — teste Ruderico Caratense — « fide plena » atque « honesta, pudica et prudens, miseris et afflictis valde compatiens, et inter omnes mulieres terrae illius bonae famae praerogativa refulgens ».

Omnia ut in Proprio O.P., vel de Com. sanct. mulierum: pro iis qui opera misericordiae exercuerunt.

MISSA pr., lect. pr. vel de Lect. fer.

L I 1 Petr 4, 7b-11.

Ps. 130, 1. 2. 3 (R/. de Com Ss. et Sanctar, n. 9).

V/. All. (*ibid.*, n. 11).

Ev Mc 3, 31-35.

COLLECTA

Excita, Domine, in populo tuo spiritum evangelicum quo repleta beata Ioanna filios Dominicum et Mannem ad vitam apostolicam praeparavit. Per Dominum.

3. *Alb.* ★ **B. Augustini Kazotic**, ep.

FRATER (1260-1323): Virtutum semitam alacriter currens, salutaris vivendi norma illi fuit « divinorum mysteriorum assidua contemplatio et mortis meditatio ». Dominici gregis pascendi cura auctus, pastoralis caritate praenitens, « pauperum pater et defensor » extitit praeclarus, atque Ecclesiae iurium vindex eximius.

De Com. past.

NOTA: Bononiae *ad Vesperas* incipit celebratio Sollemnitatis S.P. Dominici, quae ex privilegio manet, etiam pro dioecesi, die 4 Augusti.

7. I Vesp. S.P. Dominici, presb.

Omnia ut in Proprio O.P. [seu vet. Brev. O.P.] vel ut in Lit. Hor., gradu Sollemnitatis. Cp. post. I Vesp. dom.

8. Alb. ♦ S.P. DOMINICI, presb. [olim die 4], *Sollemnitas* [A].

UNIVERSI ORDINIS PRAEDICATORUM PATER (1170-1221): Christo Salvatori totaliter adhaerens, divinae veritati contemplandae et Evangelio salutis nuntiando ex animo deditus, apostolica caritate in omnes praenitens et erga B.V. Mariam pietate fulgens, omnium Ordinis sodalium dux extat et vitae magister.

Omnia ut in Proprio O.P. [seu vet. Brev. O.P.] vel ut in Lit. Hor., gradu Sollemnitatis.

MISSA pr., *Gloria*, lect. pr., *Sequentia* (cf. Appendix) ad lib., *Credo*, Pf. pr. (ut in Appendice I, nn. 1, vel 2), *Bened. sollemn.* ad libitum. Cp. post. II Vesp. dom.

L I Is 52, 7-10.

Ps 95, 1-2a. 2b-3. 7-8a. 10 (R/. 3).

II 2 Tim 4, 1-8.

V/. All. Lc 4, 18-19; vel Mt 5, 16; vel « Pie pater Dominice, etc. » (GOP, 534).

Ev Mt 5, 13-19; vel Mt 28, 16-20; vel Lc 10, 1-9.

COLLECTA

Adjuvet Ecclesiam tuam, Domine, beatus Pater Dominicus meritis et doctrinis atque pro nobis efficitur piissimus interventor, qui tuae veritatis exstitit praedicator eximius. Per Dominum. (Ex Missali Romano).

[Commentarium: A. DIRKS, « De oratione Beati Dominici », ASOP 40, 1971, pp. 167-169].

9. Alb. ★ B. Ioannis de Salerno, presb.

FRATER (1190-1242): Vitae Ordinis dilatandae praepositus ab ipso S. Domenico, virtutum exemplis plenaque sui abnegatione et orationis studio muneri implendo se totum impendit.

De Com. past.

14. *Alb.* ★ **B. Aimonis Taparelli**, presb. [olim die 18].

FRATER (c. 1395-1495): Matrimonio prius coniunctus, praedicator inde effectus, domus Dei zelo flagrans, magis veritatis quam haereseos inquisitor extitit indefessus.

De Com. past.

IN ASSUMPTIONE B.M.V.

(die 15 Augusti - Sollemnitas)

1. In gratiarum actionem erga Deiparam Virginem Mariam, cuius singulare patrocinium Ordo noster semper impense imploravit, apud nos consuevit hodiernam celebrationem speciali processione inchoare.
 2. Haec processio ante Missam servari potest ut in Processionario O.P. (pp. 77-81), vel ipsa processio fieri ad modum introitus sollemnioris atque uterque ordinari ut in Ascensione Domini indicatur (EPA, n. 13).
-

17. *Alb.* **S. Hyacinthi de Polonia**, presb., *Memoria oblig.* [C].

FRATER (1187-1257): Evangelicae praedicationis praeclarus administer Ordinisque in Polonia propagator, ex missione ab ipso S. Dominico accepta, morum candore et filiali pietate erga Domini Matrem praestans.

Omnia ut in Proprio O.P., vel de Com. past.

MISSA pr. lect. pr. vel de Lect. fer.

L I Is 6, 1-8; vel 1 Th 2, 2b-8.

Ps 116, 1. 2. (R/. cf. Mc 16, 15: Com. past. T. P. n. 3).

V/. All. Mt 28, 19a-20.

Ev Mt 10, 7-13.

COLLECTA

Deus qui beatum Hyacinthum praedicationis gratia insignem effecisti qua multas gentes ad lumen veritatis adduceret, quaesumus, ut opera bona in nobis tua virtute perficias, quibus homines ut te glorificent excitentur. Per Dominum.

18. *Alb.* **B. Mannis**, presb., fratris S.P. Dominici [olim die 30 iul.], *Memoria ad lib.* [D].

FRATER (+ 1236): S.P. Dominici germanus frater et adiutor in Ordinis propagatione, « vir contemplativus et sanctus » ac silentio pronus, eiusdem iussu in directionem Monialium impense adlaboravit, prudenti spiritus moderatione ac virtutum exemplis, « Deo diu vivens in oratione ».

Omnia ut in Proprio O.P., vel de Com. past.

MISSA pr., lect. pr. vel de Lect. fer.

L I 2 Petr 1, 2-11.

Ps 88, 2-3. 4-5. 21-22. 25 et 27 (R/. cf. 2a).

V/. All. Mt 5, 3.

Ev Mt 19, 23-29.

COLLECTA

Deus, qui beatum Mannem fratri suo Dominico in praedicationis opere sociare voluisti, da nobis eorum sequi vestigia et in evangelio salutis nuntiando permanere ferventes. Per Dominum.

19. *Alb.* ★ **B. Iordani de Pisa**, presb. [olim die 6 mar.].

FRATER (1260-1311): Impetu ac facundia et copia dicendi praeiens, Evangelii servitio hominumque salutis constanter vitam impendit.

De Com. past.

23. *Alb.* ♦ **S. Rosae de Lima**, virg. [olim die 30], *Memoria obl.* [C].

SOROR SAECULARIS (1586-1617): Isabella Flores, cui vulus pulchritudo nomen « Rosa » obtinuit, primus Americae sanctitatis flos exstitit, paenitentiae et orationis fragrantia praenitens. Plurimis donata ingenii muneribus, ut evangelicae perfectioni plenius inhaereret, inter sodales Ordinis ascribi voluit. Divinae contemplationi insistent, alios quoque ad arcana « orationis secretae » introducere cupiebat, libros spirituales ad hoc divulgans et vel ipsos presbyteros incitans ut omnes ad amorem orationis allicerent. Paene reclusa in horto parentum, muneri tamen Ecclesiae missionario animum patebat: zelo ardens salutis peccatorum et

« Indiorum », pro quibus vitam donare cupiebat, voluntariis afflictationibus se subiiciebat ut Christo eos lucrificeret, « dolens, mulier cum esset, quod se applicare nequiret muneri apostolico ». Damnum peccati serio perpendens, « de seipsa petra et calx facere vellet ut inferni ostium omnibus clauderet ». Amore Iesu in Eucharistiae Sacramento ac in Deiparam Virginem pietate flagrans, eius Rosarium innarrabili zelo propagare satagit, illum existimans omnem christianum debere « voce praedicare et in corde infixum tenere ».

Omnia ut in Proprio O.P., vel ut in Miss. Rom. et in Lit. Hor. ac de Com. virg.

MISSA pr., lect. pr. vel de Lect. fer.

L I Sir 3, 19-26; vel 2 Cor 5, 14-17.

Ps 44, 11-12. 14-15. 16-17 (R/. cf. Mt 25, 6: Com. virg. T. P., n. 2).

V/. All. (Ps 107, 2: GOP, 329; GR, 344).

Ev Io 15, 4-11; vel Mt 16, 24-27.

COLLECTA

Bonorum omnium largitor, omnipotens Deus, qui beatam Rosam, caelestis gratiae rore praeventam, humilitate, patientia et zelo pro populo suo clarescere fecisti, concede nobis ut, vestigia eius sequentes, Christi bonus odor effici mereamur. Per Dominum.

26. Alb. ★ B. Iacobi de Bevagna, presb. [olim die 23].

FRATER (1220-1301): Strenuus « vindex fidei » et christianorum morum propugnator, prodigiosa Sanguinis Christi Crucifixi aspersione, secura aeternae salutis fiducia roboratus est.

De Com. past.

28. Alb. ♦ S. AUGUSTINI, ep. et Eccl. doct., *Festum* [B].

REGULAE AUCTOR (354-430): Vitaeque nostrae communitariae praeceptor eximius.

Omnia ut in Proprio O.P., vel ut in Miss. Rom. et Lit. Hor., gradu Festi.

MISSA pr., Gloria, lect. pr., Pf. pr. (ut in Appendice I, 5) ad lib. vel de Com. past.
Reliqua ut in Lect. Rom.

L I [Sicubi festum cum tribus lect. celebratur] 1 Reg 3, 11-14.

Reliqua ut in Lect. Rom.

COLLECTA

Innova, quaesumus, Domine, in Ecclesia tua spiritum quo beatum Augustinum episcopum imbuisti, ut, eodem nos replenti, te solum verae fontem sapientiae sitiamus, et superni amoris quaeramus auctorem. Per Dominum. (Ex Missali Romano).

« Omnes unanimiter et concorditer vivite, et honorate in vobis Deum invicem, cuius templi facti estis.

Orationibus instate, horis et temporibus constitutis. In oratorio, nemo aliquid agat nisi ad quod factum est, unde et nomen accepit: ut si forte aliqui, etiam praeter horas constitutas si eis vacat orare voluerint, non eis sint impedimento, qui ibi aliquid agendum putaverint. Psalmis et hymnis cum oratis Deum, hoc versetur in corde quod profertur in ore ».

(Ex Regula B. AUGUSTINI, episcopi)

SEPTEMBER

2. *Alb.* ★ **B. Gualae de Bergamo, ep.** [olim die 3].

FRATER (+ 1244): Ab ipso Patriarca Dominico in Ordine receptus ac responsabilitate regendi fratres donatus, fidei inquisitoris et legati pontificii muneribus inde auctus, summa prudentia et animarum zelo enituit. Profundam orationis vitam fervida cum apostolica actuositate coniungens, de pauperum et afflictorum sublevamine magnopere sollicitus fuit. Ecclesiae sibi commissae servitio alacriter incubuit, crebrisque civium invicta animi fortitudine superatis dis-sidiis, promovendae pacis studio ac christianorum morum renovatoni summopere intendit.

De Com. past.

4. *Alb.* ★ **B. Catharinae de Racconigi, virg.**

SOROR SAECULARIS (1486-1547): quotidiano labori et orationi impense dedita, calumniis et adversitatibus patienter toleratis, caritatis victimam se obtulit.

De Com. virg.

5. *Viol.* **Missa Conv. de Anniversario Familiarium et Benefactorum.**

Omnia ut in Missali Romano, Orationes pro def., n. 14 praeter seq.

Lect. e Lectionario pro defunctis, praesertim:

L I 1 Io 3, 1-2.

Ps 121, 1-2. 4-5. 6-7. 8-9 (R/. 1).

V/. All. Mt 25, 34.

Ev Mt 25, 31-46.

COLLECTA

Deus, veniae largitor et humanae salutis auctor, quaesumus clementiam tuam, ut nostrae congregationis fratres, sorores, familiares et benefactores, qui ex hoc saeculo transierunt, intercedente beata Maria semper Virgine, cum beato Dominico Patre nostro et omnibus Sanctis, ad perpetuae beatitudinis consortium pervenire concedas. Per Dominum.

6. *Alb.* ★ **B. Bertrandi de Garrigues**, presb.

FRATER (+ 1230): E primis S. Dominici sociis, eiusdem quoque in praedicatione et fervore vitae aemulus, de Ordine dilatando et firmando optime meritus fuit. Sub fundatoris ductu, peculiare munus contingendi inter se varias communitates tunc iam exortas, impigra actuositate exercuit, « vir existens — testante Iordano de Saxonia — sanctitatis magnae et rigoris circa seipsum inexorabilis, quoniam suae carnis erat mortificator accerrimus, et magistri Dominici sibi formam et exemplar in multis imbiberat, cui etiam aliquando comes itineris fuit ».

De Com. past.

18. *Alb.* **S. Ioannis Macias**, relig., *Memoria oblig.* [C].

FRATER COOPERATOR (1585-1645): Humilitate et caritate praeclarus, viam evangelicae paupertatis in Ordine elegit. Munus ianitoris conventus fere per totam vitam exercens, misericordiae operibus summopere deditus, animas defunctorum Rosarii prece sublevare contendit atque multos a via iustitiae aberrantes ad Dei amorem reduxit.

Omnia ut in Proprio O.P., vel de Com. sanct. viror.: pro relig. et iis qui opera misericordiae, exercuerunt.

MISSA pr., lect. pr. vel de Lect. fer.

L I 1 Reg 17, 8-16; vel 1 Io 3, 14-18.

Ps 54, 2-3a. 7-8. 17-18. 23 (R/. 23a; vel GOP, 338; GR, 285).

V/. All. Mt 6, 33.

Ev Mt 6, 31-34.

COLLECTA

Deus humanae salutis amator et restitutor, cuius caritate impulsus beatus Ioannes omnibus se subiecit, ipso intercedente, da bonitatis tuae mysterio nos iugiter inhaerere et bona nostra vitamque pro fratribus libenter impendere. Per Dominum.

20. *Alb.* ★ **B. Francisci de Posadas**, presb.

FRATER (1644-1713): Eximius verbi Dei praeco et marialis Rosarii indefessus propagator.

De Com. past.

★ **B. Marci de Modena**, presb. [olim die 23].

FRATER (+ 1498): Vir contemplativus et religiosus conspiciuus, studio ferventi zelo deditus, multos copia eloquentiae ad Deum convertit.

De Com. past.

MISSA feriae, vel unius e memoriis.

24. Alb. ★ **B. Dalmatii Moner**, presb. [olim die 26].

FRATER (1291-1341): Solitudinis et silentii amore conspiciuus, « frater qui loquitur cum Angelo » a coaevis ideo nuncupatus, in oratione et contemplatione assiduus, vitam mira quoque actuositate praeditam gessit fecundam ac demum, amatam solitudinem repetens apud specum a se constructum in viridario conventus, singulare anachoresis exemplum in se praebuit, alicuius momenti etiam pro historia huius tendentiae in vita Ordinis.

De Com. past., vel sanct. virorum: pro relig.

28. Alb. ★ **B. Laurentii de Ripafratta**, presb.

FRATER (1373-1456): Animarum salutis zelo flagrans et regularis observantiae instaurandae meritis, in infirmitate patiens et in aliorum morbis sublevandis gaudens, testante S. Antonino morum integritate et austeritate vitae excelluit.

De Com. past, vel sanct. virorum: pro relig.

Celebratio Missae conventualis centrum sit liturgiae communitatis. Etenim Memoriale mortis et resurrectionis Domini est vinculum caritatis fraternae et fons primus virtutis apostolicae.

diei tempora revera sanctificantur, ratione habita Quapropter praestat ut Missa conventualis sit concelebrata, quia in ea unitas et ministerii sacerdotalis et communitatis aptius significatur ».

(LCO, n. 59).

OCTOBER

3. *Alb.* ★ **B. Dominici Spadafora**, presb. [olim die 12].

FRATER (1450-1521): In dominicae passionis contemplatione assiduus, caritate et humanitate praenitens, multos ad Deum convertit et ad sui sequelam in via Dominici sectanda attraxit.

De Com. past., vel sanct. virorum: pro relig.

4. *Alb.* ♦ **S. FRANCISCI ASSISIENSIS**, diac., *Festum* [B].

Hodierna festivitas in liturgia Ordinis nostri singulare exprimit fraternitatis vinculum inter fratres Minores et Praedicatores ob utriusque Ordinis Fundatorum affinitatem in eadem historica missione pro Ecclesiae aedificatione.

Omnia ut in Proprio O.P., vel ut in Miss. Rom. et Lit. Hor., gradu Festi.

MISSA pr., *Gloria*, lect. pr., Pf. pr. (ut infra, Appendix I, n. 6).

L I Sir 50, 1. 3-7; vel Gal 6, 14-18.

Ps 15, 1-2a et 5. 7-8. 11 (R/. 5a).

V/. All. (cf. Mt 11, 25: ut in MR).

Ev Mt 11, 25-30.

COLLECTA

Deus, qui seraphico Patri Francisco, paupertate et humilitate Christo configurari tribuisti, concede ut, per illius semitas gradientes, Filium tuum sequi, et tibi coniungi laeta valeamus caritate. Per Dominum. (Ex Missali Seraphico).

5. *Alb.* **B. Raimundi de Capua**, presb., *Memoria ad lib.* [D].

FRATER (c. 1330-1399): 23 Magister Ordinis, orationis studio et evangelicae conversationis exemplo reformationis Ordinis strenuus promotor, adhortante S. Catharina Senensi, cuius prudens animi moderator fuit.

Omnia ut in Proprio O.P., vel de Com. past.: pro relig.

MISSA pr., lect. pr., vel ex Lect. fer.

L I Eph 3, 14-19.

Ps 15, 1-2a et 5. 7-8. 11 (R/. 5a).

V/. All. Io 8, 12 (GR, 481).

Ev Mc 2, 18-22.

COLLECTA

Deus qui beatum Raimundum ad tuum regnum perquirendum per caritatis perfectae prosecutionem vocasti, concede, ut, eius intercessione roborati, in dilectionis via, spiritu gaudentes, progrediamur. Per Dominum.

7. Alb. ♦ B. MARIAE VIRGINIS A ROSARIO, Festum [B].

Hodierna die Ordo noster cum universa Ecclesia commemorationem Deiparae Virginis Mariae festive celebrat, peculiari quidem pietatis affectu, tantae Matris erga ipsum Ordinem singularia beneficia et patrocinium recolens et sub eodem colligens titulo « sacratissimi Rosarii », quod in ambitu vitae et apostolici natus ipsius noscitur initia et incrementa sumpsisse.

Omnia ut in Proprio O.P., vel in MR et LH, gradu festi.

MISSA pr., Gloria, lect. pr., Pf. B.M.V., Bened. soll. ad lib.

L I Act 1, 12-14 (cf. Com. B.M.V.: T.P., n. 1).

Ps Lc 1, 46-47. 48-49. 50-51. 52-53. 54-55 R/. « Beata, Virgo Maria, etc. » (cf. Ibid.).

V/. All. Lc 1, 28 (GR, 413).

Ev Lc 1, 39-47; vel Lc 1, 26-38; vel Lc 2, 46-51.

NOTA: Sicubi gradu Sollemnitatis celebratur.

a) *Ad Officium*: omnia elementa inveniuntur in Proprio O.P., inde a I Vesperis; secus de Communi.

b) *Ad Missam:*

L I Zac 2, 10-13; vel 1 Chr 15, 3-4. 15-16; 16, 1-2. Reliqua, ut supra.

COLLECTA

Deus, cuius Unigenitus per vitam, mortem et resurrectionem suam nobis salutis aeternae praemia comparavit: concede quaesumus, ut, haec mysteria, beatæ Mariae Virginis Rosario, recolentes, et imitemur quod continent, et quod promittunt assequamur. Per Dominum.

8. Alb. ★ B. Matthaël Carreri, presb. [olim. die 7].

FRATER (1420-1470): Perfecta sui abnegatione fulgens, actuositatem apostolicam sacrae doctrinae studio ac dominicae passionis contemplatione enutrens, in moribus christianis firmandis atque novitiis sibi concreditibus instruendis efficaciter egit, dulcedine ac pulchritudine praenitens.

De Com. past., vel sanct. virorum: pro relig.

★ B. Ambrosii Sansedoni, presb. [olim die 20 mar.].

FRATER (1220-1286): Aquinatis condiscipulus et primi magisterii consors sub eiusdem magistri Alberti Magni ductu, in studiis ecclesiasticis instaurandis et in legationibus pacis frequenter deditus, divinis constanter intentus et in praedicatione assiduus.

De Com. past.

MISSA feriae, vel unius e memoriis.

9. Alb. S. Ludovici Bertrán, presb. [olim die 10], Memoria obl. [C].

FRATER (1526-1581) Toto animi nisu ad perfectam Fratris Praedicatoris imaginem contendens, vere « idea » factus est et exemplar novitiis Ordinis, sibi traditis instruendis. Vitae austeritatem cum apostolico zelo pro fidei dilatatione coniungens, ad extremam usque Americae regionem, nunc Columbian nuncupatam, mitti impetravit, ubi strenue pro indigenis insudavit, quorum multos — ipsum propriam linguam loquentem mirifice capientes — ad Evangelii lumen perduxit eosque ad humanam culturam initiavit atque ab

oppressoribus defendit, contra « conquistadores-encomenderos » fortiter agens, adhortante eum Bartholomaeo Las Casas. In patriam reversus, apostolicis ministeriis se totum devovens, studio sanctitatis impensius intendit, cuius timor Domini propria nota fuit.

Omnia ut in Proprio O.P., vel de Com. past.: pro missionariis seu pro religiosis.

MISSA pr., lect. pr. vel de Lect. fer.

L I Gen 12, 1-7; vel Rom 10, 9-18.

Ps 18, 2-3. 4-5 (R/. 5a).

V/. All. Mt 28, 19a. 20b.

Ev Mc 16, 15-18.

COLLECTA

Omnipotens et misericors Deus, qui corde beati Ludovici timorem tui nominis infudisti, pectora nostra divino sic igne succende, ut amore tibi pariter ac timore fideliter serviamus. Per Dominum.

11. Alb. ★ B. Iacobi de Ulm, relig.

FRATER COOPERATOR (1407-1491): Negotiis administrandis et militaribus officiis prius deditus, gratia Dei inde praeventus inter cooperatores Ordinis adscitus, mortificationi et orationi insistens, fructum interioris contemplationis, mira peritia, arte vitraria expressit.

De Com. sanct. virorum: pro relig.

13. Alb. ★ B. Magdalenae Panattieri, virg.

SOROR SAECULARIS (1433-1503): In mundo quin de mundo esset, summa eius fuit oratio et admirabilis vitae austeritas, de salute etiam aliorum valde sollicita et in pauperes, praesertim aegrotos, caritate fulgens.

De Com. virg.: pro iis qui opera miseric. exeruerunt.

21. Alb. ★ B. Petri de Città di Castello, presb.

FRATER (1390-1445): Vir apostolici pectoris, divinorum contemplatione et operibus paenitentiae enutritus, verbi Dei cultor exstitit fervidus et efficax dispensator.

De Com. past.

22. Alb. IN ANNIVERSARIO DEDICATIONIS ECCLESIAE CONVENTUALIS, cuius dies dedicationis ignoratur, *Sollemnitas* [A].

DEDICATIONIS ANNIVERSARIUM alicuius Ecclesiae ordinarie celebratur eodem recurrente die dedicationis. Cum autem dies dedicationis ignoratur, huius anniversarium in nostra liturgia poniutr celebrandum die 22 octobris, in qua recolitur dedicatio Ecclesiae Tolosanae [« les Jacobins »] (22 octobris 1385), quae praecipua fuit inter Ecclesias primaevas Ordinis. Haec ipsa Ecclesia est quae peculiari iussu papae Urbani V (1368) delecta est pro reliquiis S. Thomae Aquinatis asservandis — litigantibus parisiensi et neapolitana universitatibus pro earum assignatione — et in qua, demum, translatae fuerunt (28 ianuarii 1369) atque honorifice collocatae.

Omnia de Com. Dedic. - Ad Hor. min. ant. pr. cum psalmodia complementari. Cp. fest.

MISSA de Com. [*Gloria, Credo, Pf. pr.*]. Praesertim:

L I Is 56, 1. 6-7 (extra T.P., n. 3).

Ps 83, 3. 4. 5 et 10. 11 (R/. Ap 21, 3b; cf. Ibid.).

II Hebr 12, 18-19. 22-24.

V/. All. Ez 37, 27.

Ev Io 4, 19-24.

25. Alb. ★ B. Petri Geremia, presb. [olim die 10 mar.].

FRATER (1399-1452) Paterna ambitione seposita Ordinem amplexus, Christo Crucifixo se conformari studuit; conventualis et apostolicae vitae munera actuose absolvens, sumopere in regularem observantiam clerique novam constitutionem promovendam intendit, de studio et sacra praedicatione provehendis optime meritis.

De Com. past.: pro relig.

26. Alb. ★ B. Damiani de Finalborgo, presb.

FRATER (+ 1484): Terrenis omnibus abdicatis, orationi ac studio insistens, praedicationi Evangelii pacis magno cum animarum fructu incubuit, mira dicendi vi et humanitate praeditus.

De Com. past.: pro relig.

27. Alb. ★ **B. Bartholomaei de Vicenza**, ep. [olim die 23].

FRATER (1200-1270): Translationi S.P. Dominici adstitit, cuius apostolico zelo succensus, divinis litteris prius insistens, deinde praedicationi et orationi impense deditus, in civilibus et ecclesiasticis legationibus de pace et concordia promovendis, praeclara magnanimitate impense adlaboravit.

De Com. past.

30. Alb. ★ **B. Benvenutae Bolani**, virg.

SOROR SAECULARIS (1254-1292): Post sex alias filias sincero gaudio a parentibus « Benvenuta » salutata et appellata, innocentiae integritate florens, Sororibus de Paenitentia adnumerata, plurimis pro peccatorum conversione toleratis afflictionibus et ad sepulcrum S.P. Dominici post votum sanata, impensius eius discipula effecta est, orationi et paenitentiae assidue intenta.

De Com. virg.

« Moniales, sicut semper mos fuit in Ordine, perdiligant et colant beatam Mariam, Matrem misericordiae, Apostolorum et Virginum reginam necnon exemplum meditationis verborum Christi et docilitatis in propria missione.

Specialem in honorem Rosarium habeant: haec enim venerabilis precandi forma in contemplationem ducit Mysterii salutis, in quo Virgo Filii sui operi intime coniungitur... ».

(LCM, n. 95)

NOVEMBER

NOTA: A Commemoratione omnium fidelium defunctorum usque ad Adventum Domini, pro fratribus, sororibus, familiaribus et benefactoribus defunctis quilibet sacerdos celebret unam Missam et fratres non sacerdotes unam participant Missam (LCO, n. 70).

3. *Alb.* ♦ **S. MARTINI DE PORRES**, relig. [olim die 5], *Festum* [B].

FRATER COOPERATOR (1579-1639): Mira simplicitate, innocentia et fide praeditus, humilibus deputatus muneribus, caelestibus vero donis et charismatibus a Deo exaltatus, erga Eucharisticum mysterium et Redemptoris passionem summa flagrans pietate, caritatis operibus in pauperes, praesertim aegrotos, plene vixit deditus, dignus qui Fratribus cooperatoribus ut caelestis patronus assignaretur.

Omnia ut in Proprio O.P., vel in MR et LH, gradu Festi.

MISSA pr., *Gloria*, lect. pr., Pf. religiosorum.

L I Is 58, 6-11; vel Gal 3, 26-28; 4, 6-7.

Ps 144, 10-11. 12-13ab. 17-18 (R/. 15).

V/. All. Io 13, 34; vel Mt 11, 29 (GOP, 364).

Ev Lc 10, 25-37; vel Mt 11, 25-30.

COLLECTA

Deus, qui beatum Martinum per humilitatis iter ad caelestem gloriam perduxisti, tribue nobis eius ita nunc persequi exempla praeclara, ut exaltari cum ipso mereamur in caelis. Per Dominum. (Ex Missali Romano).

5. *Alb.* ★ **B. Simonis Ballacchi**, relig. [olim die 3].

FRATER COOPERATOR (+ 1319): Humilitate ac humanitate praeclarus, vitam cum Christo absconditam in Ordine diris paenitentis asperam egit pro peccatorum conversione, ad imitationem S.P. Dominici, suavique agendi ratione enituit, praesertim erga pueros, quos christianae vitae rudimenta sapienter docuit.

De Com. sanct. virorum: pro relig.

6. *Rub. Bb. Ignatii Delgado, ep., Francisci de Capillas, Alfonsi Navarrete, presb., et Soc. mart. in Oriente, Memoria obl. [C].*

FAMILIAE DOMINICANAE pulchritudo in hac festivitate elucet, Sancti Spiritus operatione fecundae eiusdemque plurimis ministeriis et charismatum donis varietate fulgentis, in multitudine 170 sodalium Ordinis nostri, qui in Iaponia, Sinis et Tunquino pro fide sanguinem suum fuderunt: quorum quidam episcopi vel presbyteri exstiterunt, alteri vero fratres cooperatores vel novitii, alteri adhuc fratres vel sorores saeculares, cum propriis liberis, plerique indigenae, promotioni Rosarii intenti vel ut catechistae adlaborantes, omnes autem Regni Dei adventum in extremo Oriente unanimiter quaerentes.

Omnia ut in Proprio O.P., vel de Com. plur. mart.

MISSA pr., lect. pr. vel ex Lect. fer.

L I Sap 10, 17-20; vel Act 20, 22-32.

Ps 125, 1-2ab. 2cd-3. 4-5. 6 (R/. 5).

V/. All. Io 15, 16 (GR, 429).

Ev Io 15, 18-21.

COLLECTA

Maiestatis tuae clementiam suppliciter deprecamur, omnipotens et misericors Deus, ut, sicut Unigeniti tui agnitionem per beatorum martyrum Ignatii, Francisci, Alfonsi et Sociorum praedicationem populorum extremi orientis cordibus infudisti, ita, eorum intercessionem, fidei stabilitate firmentur. Per Dominum.

7. *Alb. OMNIUM SANCTORUM ORDINIS PRAEDICATORUM [olim die 12], Festum [B].*

Hodierna celebritate, fideliter memoriam recolimus « illorum qui in familia S. Dominici nos praecesserunt et conversatione exemplum, communione consortium et intercessionem subsidium nobis praebent », ut « ad eorum imitationem excitemur et in spiritu nostrae vocationis roboremur » (cf. LCO, nn. 16 et 67).

Omnia ut in Proprio O.P., vel de Com. plur. mart.

MISSA pr., *Gloria*, lect. pr., Pf. de Sanctis, *Bened. soll.* ad lib.

L I Sir 44, 1-15; vel 2 Cor 6, 4-10.

Ps 23, 1-2. 3-4ab. 5-6 (R/. 6).

V/. All. Mt 5, 3.

Ev Mc 10, 28-30.

COLLECTA

Deus, omnis fons sanctitatis, qui Ecclesiam tuam variis Sanctorum Ordinis Praedicatorum donis ditare dignatus es, da nobis ita eorum sequi vestigia ut quos hodie sub una celebritate veneramur in terris, iis perpetua festivitate associemur in caelis. Per Dominum.

8. *Viol.* ANNIVERSARIUM OMNIUM FRATRUM ET SORORUM DEFUNCTORUM O.P. [olim die 10].

Consuevit Ordo noster, in propria liturgica traditione, anniversariam omnium Fratrum et Sororum defunctorum commemorationem coniungere annuae celebrationi gloriae omnium Sanctorum Ordinis, commodulatione ad universalis Ecclesiae morem. Nunc autem, liturgiae instauratione pe-racta, haec eadem consuetudo, post fere quinquagenariam interruptionem, iterum reassumitur, haud parvae significationis ratione proseguenda, ad pleniorē sodalium Ordinis communionem fovendam.

Omnia ut in Proprio O.P., vel de Com.

MISSA pr., lect. pr., Pf. def., *Bened. soll.* ad lib.

Lect. e Lectionario pro defunctis, praesertim:

L I Ap 21, 1-5. 6b-7.

Ps 121, 1-2. 4-5. 6-7. 8-9 (R/. cf. 1; Com. n. 4).

V/. All. Phil 3, 20.

Ev Io 17, 15-21. 24-26.

Omnes Missae de Anniversario celebrari possunt, dummodo revera pro defunctis applicentur.

COLLECTA

Deus, qui nos ad eandem spem mirifice vocas, supplices pro fratribus et sororibus nostris defunctis exoramus, ut, quos in hac vita ineffabili amore dilexisti, quosque apostolica caritate tibi deservire in evangelii praedicatione donasti, in pace et gaudio tecum, benignus, recipias. Per Dominum.

14. *Alb.* ★ **B. Ioannis Liccio**, presb.

FRATER (1426-1511): Hilaris spiritu et caritate fervidus, praedicationi et regularis observantiae promotioni instans, filiali quoque flagrans in Deiparam Virginem pietate, eius Rosarium late propagavit diuque vixit magis sollicitus non annis vitam sed vita potius ditandi annos, evangelicis virtutibus bonisque operibus.

De Com. past.: pro relig.

★ **B. Luciae de Narni**, virg. [olim die 16].

SOROR REGULARIS (1476-1544): In matrimonio virgo, prae-vio inito cum sponso pacto, Christo Crucifixo spiritu et corpore conformis effecta, vitam virtutibus et gratiis mysticis refertam duxit.

De Com. virg., vel sanct. mulierum: pro relig.

MISSA feriae, vel unius e memoriis.

15. *Alb.* ♦ **S. ALBERTI MAGNI**, ep. et Eccl. doct.,
Festum [B].

FRATER (1206-1280): Sanctorum sapientiam cum humana scientia mirifice coniungens, scriptis et magisterio eminenter clarus, morum vero integritate ac pastoralis caritate clarior, eximia quoque in Eucharistiae sacramentum et in Deiparam Virginem pietate enituit atque insignia sacrae doctrinae aliarumque scientiarum documenta reliquit, dignus qui « magnus » diceretur, omniumque scientiarum naturalium cultoribus patronus assignaretur.

Omnia ut in Proprio O.P., vel ut in MR et LH, gradu Festi servato.

MISSA pr., *Gloria*, lect. pr., Pf. past., *Bened. soll.* ad lib.

L I Sir 6, 18-21. 33-37; vel Iac 3, 13-18.

Ps 118, 9. 10. 11. 12. 13. 14 (R/. 12b).

V/. All. Cf. Act 16, 14b (Com., n. 1b); vel « Vere magnus est, etc. » (GOP, 617).

Ev Mt 25, 14-23.

COLLECTA

Deus, qui beatum Albertum episcopum in humana sapientia cum divina fide componenda magnum effecisti, da nobis, quaesumus, ita eius magisterii inhaerere doctrinis, ut per scientiarum progressus ad profundiorum tui cognitionem et amorem perveniamus. Per Dominum. (Ex Missali Romano).

19. Alb. ★ B. Iacobi Benefatti, ep. [olim die 26].

FRA'ER (+ 1332): Pastoralis ministerio generose intendens, odia et dissidia compescere satagit atque in proximos peste et fame miserrime afflictos sublevandos enituit, unde « pater pauperum » appellari meruit.

De Com. past.

24. Alb. ★ B. Margaritae de Savola, matrisf. [olim die 23 dec.].

MONIALIS (1390-1464): Ad altioris perfectionis studium a S. Vincentio Ferrer succensa, vidua effecta, mira in pauperes caritate exarsit praesertim aegrotos, quorum ulcera propriis manibus tergebat, atque sibi aliisque virginibus religiosi monasterio extracto, triplicem calumniarum, aegritudinum et persecutionum passionem sustinens, pro Ecclesiae pace redintegrandae victima generosa exstitit.

De Com. sanct. mulierum: pro relig.

« Quando in oratione erat [beatus Dominicus] clamabat in tantum quod undique audiebatur. Et in clamore dicebat: Domine, miserere populo tuo. Quid facient peccatores? ».

(Ex Actis canonizationis S. Dominici, MOPH, XVI, p. 184)

DECEMBER

1. Alb. ★ B. Ioannis de Vercelli, presb.

FRATER (+ 1283): Sextus Ordinis Magister, S. Dominici filius vere amantissimus - cuius Arcam marmoream extruendam curavit - de Ordinis consolidatione optime meritis, ipsum invisendi causa et praedicandi indefessus peregrinus, SS. Nominis Iesu cultor fervidus et promotor exstitit.

16. Alb. ★ B. Sebastiani Maggi, presb.

FRATER (1414-1496): Praedicator assiduus et efficax, sacram doctrinam impense coluit et regularem observantiam diligenter promovit, variis quoque auctus muneribus pro fratrum et Ecclesiae emolumento.

De Com. past.

22. In Anniversario approbationis Ordinis nostri. [Die 22 decembris 1216 ab Honorio III].

In hac felici recordatione, animus omnium sodalium Ordinis spiritali gaudio perfunditur, dum tota eius vi cum universa Ecclesia intenditur in advenientis Salvatoris expectationem eiusdemque Virginis Matris venerationem, cuius *patrocinium* supra totum Ordinem hac ipsa die nostra traditio liturgica memori grataque pietate olim relegebat.

In MISSA praesertim et ad VESPERAS, *preces* peculiare huic intentioni respondentes cordi omnium fratrum et sororum nostrorum commendantur.

« ... *Honestas et devotio quam ad B. Virginem habere debemus... requirit quod plus faciamus quam constitutio dicat... Ipsa enim fuit magnum adiutorium initiandi Ordinem... et speratur quod ducit ad finem bonum... ».* (B. HUMBERTUS DE ROMANS, *Opera*, II, Romae 1889, pp. 70-71)

IN VIGILIA NATIVITATIS DOMINI

(die 24 Decembris - Sollemnitas)

1. Hodie, iuxta venerabilem Ordinis traditionem, apud nostras communitates specialis quaedam celebratio haberi potest, et expedit, ad sollemniter efferendum gaudiosum nuntium Nativitatis Domini, mundi Salvatoris, omnibus membris Capituli conventualis, in spiritu fidei et caritatis ad hoc coadunatis (EPA, n. 26).
 2. Haec celebratio ordinari poterit vel sub forma autonoma « Capituli Sollemnis » iuxta Caeremoniale O.P. (ed. Jandel, 1869, nn. 1346-1349), convenienter aptato, vel componi cum aliqua Officii parte, attenta indole ipsius celebrationis.
 3. Ipsa autem celebratio peragi quidem poterit vel lingua latina, in cantu gregoriano, ut in Martyrologio O.P. (ed. Theissling, 1925, pp. 515-519) — absque Pretiosa — (EPA, *ibid.*), vel lingua vernacula, adhibita melodia apta, ad hoc convenienter parata (cf IGLH, n. 275). Nihil tamen impedit, quominus ipsa eadem celebratione partes aliae alia lingua canantur (*Ibid.*).
 4. Expedit ut tota actio actu paenitentiali, pro opportunitate, fulcita, praesertim si cum participatione populi celebratur una cum aliqua Officii parte composita, brevi monitione introducatur et congrua homilia habeatur, iuxta locorum consuetudinem (cf *Caeremoniale O.P.*, *ibid.*).
-

IN NATIVITATE DOMINI

(die 25 Decembris - Sollemnitas)

1. In nocte Nativitatis Domini, ante Missam, convenit ut Vigilia celebretur per Officium Lectionis (IGLH 215).
2. In fine huius celebrationis, ut mos est in traditione liturgica Ordinis nostri, cantus *Genealogiae*, secundum Evangelium Matthaei (1, 1-16) haberi potest (EPA, n. 14: commentarium ASOP 43, 1977, p. 223).
3. Cantus seu sollemnis Genealogiae proclamatio, modo pro Evangelio consueto, fieri potest, pro necessitate, etiam a cantore qui non sit diaconus, ut pro lectione praeconii paschalis in Normis contemplatur (cf MR, p. 270, n. 17), et quidem sive lingua latina, in cantu gregoriano, ut in Missali O.P. (ed. Fernandez, 1965, pp. [111] - [114]), sive lingua vernacula, adhibita congrua melodia ad hoc parata seu appropriata (cf IGLH, n. 275). Proclamari quoque poterit tono recitativo, quadam musicae harmonia subtus comitante, additis quoque — pro libito — quibusdam acclamationibus adstantium, decursu illius proclamationis.
4. In Missa diei adhiberi potest Sequentia *Laetabundus*, attentis emendationibus in novo Proprio Missarum O.P. propositis pro ultimis strophis: « Isaias » et « Infelix » (cf Appendix I).

NOTA: Missa pro defunctis hac hebdomada omittitur (LCO, n. 71).

« Cum in unum vivamus congregati, in communitatibus eadem fide unanimique eiusdem finis prosecutione constituti, oratio nostra exprimere debet fraternam illam caritatem et eam laetitiam quae ex certitudine communionis nostrae in unius Patris Verbo praesenti in Ecclesia promanat.

Cum simus insuper testes et apostoli Iesu Christi in mundo, oratio nostra:

- ★ manifestabit amorem Patris infinitum, in Filio demonstratum;*
- ★ cuncta deinde hominum vota, planctus gementium clamoremque laetantium apud Deum resonabit;*
- ★ a Deo vocati ut consortes simus cum eis qui plenam libertatem cupiunt ac salutem, oratione nostra huius consortii testimonium perhibere tenemur ».*

(Ex Actis Cap. Gen. 1974: Prooemium « De liturgia et oratione », n. 166)

APPENDICES

« Ad Christi sequelam vocati, secundum peculiare charisma, nobis opus est ut incessanter sensum et actualitatem evangelii salutis, pro nobis et pro aliis, in unaquaque situatione perpendamus, sicut et Christus qui aliud non quaesivit nisi voluntatem Patris, qui misit illum, adimplere. Haec perscrutatio, numquam plene adimpleta, saepe autem cum difficultate prosecuta dynamismum constituit orationis nostrae, in qua Verbum Dei audimus, actionem Christi exercitamus, Dei Patris mysterium salutis laudamus et discernere conamur, necnon apostolatus nostri et inquietudines, et tentationes, et gaudia exprimimus ».

(Ex Actis Cap. Gen. 1971: Prooemium « De Sacra Liturgia », n. 128)

« Missam conventualem et officium divinum fratres publice celebrare debent; et, cum liturgia sit actio totius populi Dei, fovenda est participatio fidelium in celebrationibus nostris ».

(LCO, n. 58)

« Cursus Horarum in qualibet communitate ita disponatur ut per illarum celebrationem varia diei tempora revera sanctificentur, ratione habita condicionum vitae apostolicae.

Laudes ut precese matutinae et vesperae ut preces vespertinae, duplex cardo officii quotidiani, horae praecipuae habendae sunt et ita celebrandae ».

(LCO, n. 62)

I

TEXTUS LITURGICI
PRAEFATIONES PROPRIAE1. IN TRANSLATIONE S.P. DOMINICI, PRESBYTERI
(die 24 maii)

*Vere dignum et iustum est, aequum et salutare,
nos tibi semper et ubique gratias agere:
Domine, sancte Pater, omnipotens aeterne Deus:*

*Qui, ad Ecclesiae tuae sanctae decus munimenque
[praestandum,
apostolicam voluisti vivendi formam
per beatum Dominicum renovare.
Ipse enim, Christum pauperem persecutus,
evangelicae veritati mentes errantium sua praedicatione
[subiecit,
atque animas Christo lucrificavit innumeras.*

*Fidei quoque praecones sibi comites sapienter adiunxit,
qui, supernae scientiae lumine roborati,
evangelizationis operi iugiter deservirent.*

*Et ideo cum Sanctis et Angelis universis
te collaudamus, sine fine dicentes:*

Vel:

Ut in festo principali, die 8 augusti.

2. IN SOLLEMNITATE S.P.N. DOMINICI
(die 8 augusti)

*Vere dignum et iustum est, aequum et salutare,
nos tibi semper et ubique gratias agere:
Domine, Sancte Pater, omnipotens aeternae Deus:*

*Qui beatum Dominicum, veritatis tuae praeconem,
de fontibus Salvatoris altissimis haurientem,
sitienti mundo provide tribuisti.
Is enim, Genetricis Filii tui semper ope suffultus,
salutis animarum zelo inflammatus,
Officium Verbi pro se suisque in Spiritu
coadunatis filiis suscepit
et multos doctrina et exemplo ad Christum adduxit.
Tecum vel de te iugiter loquens, sapientia profecit
et, actionem de plenitudine contemplationis educens,
aedificandae Ecclesiae tuae se totum impendit.*

*Et ideo, cum Angelis et omnibus Sanctis,
gloriam tuam praedicamus, una voce dicentes:
Sanctus, Sanctus, Sanctus...*

Vel:

Ut in Translatione S. Dominici, 24 maii.

3. IN FESTIVITATE S. THOMAE AQUINATIS,
PRESBYT. ET ECCL. DOCT.

(die 28 ianuarii)

*Vere dignum et iustum est, aequum et salutare,
nos tibi semper et ubique gratias agere:
Domine, sancte Pater, omnipotens aeternae Deus:*

Et te in festivitate beati Thomae benedicere
[collaudantes
quem in orationem prorsus sacrasque litteras
[incumbentem
clariore divinae scientiae lumine benignus ornasti.

Ipse enim errorum effugavit tenebras veritate
[doctrinae
et, solis fulgentis instar, moribus doctrinisque
[praeclarus,
Ecclesiam tuam mirabiliter illustravit.

*Et ideo cum Angelorum choris atque turba Sanctorum
hymnum laudis tibi canimus, sine fine dicentes.*

Sanctus, Sanctus, Sanctus...

4. IN FESTIVITATE S. PETRI A VERONA, MARTYRIS
(die 4 iunii)

*Vere dignum et iustum est, aequum et salutare
nos tibi semper et ubique gratias agere:
Domine, Sancte Pater, omnipotens aeterne Deus:
Diemque natalitium
sancti Sacerdotis et Martyris tui Petri
omni devotione venerari.*

*Qui tui nominis ita devotus extitit praedicator,
et haereticorum dogmatum intrepidus oppugnator:
ut suum non dubitaverit effundere sanguinem.*

*Unde et nos cum ipso, choris angelicis sociati,
te laudamus in gaudio confitentes:*

Sanctus, Sanctus, Sanctus...

5. IN FESTIVITATE S. AUGUSTINI, EP. ET ECCL. DOCT.
(die 28 aug.)

*Vere dignum est tibi gratias agere,
vere iustum est te glorificare, Pater sancte:*

*Qui beatum Augustinum ad te singulariter convertisti,
ut, gratiae tuae praeclarus factus testis et cultor,
Ecclesiam tuam mirabili doctrinae luce perfunderet.
Cuius quidem cor amore tui suavissimo vulnerasti
ac tanto studio replesti tuae gloriae comparandae
ut commissum sibi gregem assidua salubrique prae-
[ceptione nutriret.*

*Id etiam perfectiorem viam expetenti largitus es illi,
ut fratres communiter vivendi forma coniungeret,
animam unam et cor unum habentes in Deum,
et sacris ministeriis accederet professio sanctitatis.*

*Nuntium salutis aeternae verbo et scripto indefesse
[proclamans,
pacis unitatem et Ecclesiae fraternitatem auxit.*

*Unde et nos tibi gratias agimus,
et tuas virtutes cum Angelis praedicamus, dicentes:*

Sanctus, Sanctus, Sanctus...

6. IN FESTIVITATE S.P. FRANCISCI ASSISIENSIS
(die 4 octobris)

*Vere dignum et iustum est, aequum et salutare,
nos tibi semper et ubique gratias agere:
Domine, sancte Pater, omnipotens aeterne Deus.
Qui famulum tuum Franciscum,
per altissimae paupertatis
et humilitatis semitas gradientem,
evangelicae perfectionis celsitudine sublimasti.
Quem et seraphicis incensum ardoribus,
in cunctis manuum tuarum operibus
ineffabiliter exsultare fecisti,
ac sacris stigmatibus insignitum
nobis imaginem exhibuisti Iesu crucifixi Domini*
[nostrum.]

*Per quem, maiestatem tuam laudant Angeli,
adorant Dominationes, tremunt Potestates.
Caeli caelorumque Virtutes, ac beata Seraphim,
socia exsultatione concelebrant.
Cum quibus et nostras voces,
ut admitti iubeas, deprecamur,
supplici confessione dicentes.*

Sanctus, Sanctus, Sanctus...

SEQUENTIAE PECULIARES

1. SEQUENTIA « LAETABUNDUS »

Ex facultate a Sede Apostolica impetrata et Ordini nostro concessa, sequentia *Laetabundus* servari potest, attentis tamen aliquibus parvis mutationibus in novo Proprio O.P.¹ propositis et rite approbatis², pro ultimis strophis prout sequitur:

- in 9 stropha: *esse obligata loco esse caeca*;
- in 11 stropha: *gens electa loco gens misera*.

Canenda proponitur ad libitum:

- in Nativitate Domini (die 25 dec.): ad Missam de die;
- in Epiphania Domini (die 6 ian.);
- in Praesentatione Domini (die 2 febr.)³.

Cani poterit, in praefatis diebus, infra Missam aut post, prout magis expedire videbitur, vel in aliis rerum adiunctis, pro opportunitate.

¹ Cf. PROPRIUM MISSARUM O.P., II. *Lectionarium*, Romae, ad S. Sabinae, 1977, pro manuscripto, p. 54.

² Cf. SCSCD, 18 febr. 1978, Prot. CD 1950/77: ed. in ASOP, 43, 1978, p. 332 ad 56-57.

³ Pulchrum et perutile commentarium circa hanc celebrationem et ipsam sequentiam habetur in ASOP, 43, 1977, pp. 211-214; et in NOTITIAE 14 (1978) 8-9, pp. 352-355. Circa usum extra liturgicum eiusdem sequentiae cf. M. RIGHETTI, *Storia liturgica*, t. II, Milano: Ancona, 1955, p. 64.

2. SEQUENTIA S.P.N DOMINICI*

1. *In caelesti hierarchia
nova sonet harmonia,
novo ducta cantico.*
2. *Cui concordet in hac via
nostri chori melodia
laudem dans Dominico.*
3. *In fiscella paupertatis
virum suae voluntatis
vocat Auctor saeculi.*
4. *Lucem ferens veritatis,
igne quoque caritatis
fidem fovet saeculi.*

* Praesens textus, desumptus ex Missali O.P. (ed. Fernandez, Romae 1965, p. 442), hic traditur cura et studio Dom. A. LENTINI O.S.B. retractatus, attenta praescriptione in Litteris approbationis novi Proprii O.P. data (cf. SCSCD, 18 febr. 1978: Prot. CD 1590/77; ed. in ASOP, 43, 1978, p. 332 ad 56-57) de praestantioribus strophis seligendis atque emendatione textus perficienda.

Collatis quoque consiliis cum peritis in re liturgica et artis musicae — ad intimum nexum tuendum et harmonicam cohaesionem inter melodiam et textum ipsum servandam — Sequentia ita renovata proponitur ad libitum adhibenda, forma vero integra, vel abbreviata vel etiam reducta.

— Forma quidem abbreviata: more solito, incipiendo a strophâ 13, mutato tamen « ergo » in « Patri » (« Laudes Patri Dominico »).

— Forma autem reducta: relinquendo, brevitati consulendi causa, unam alteramve sectionem ex duobus in textu indicatis (stroph. 5-6 aut 11-12), propria quidem unicuique sectioni melodia servata.

5. *A defunctis revocatum,
matri vivum reddit natum
vivens adhuc corpore.*
6. *Signo crucis imber cedit,
turba fratrum panem edit
missum Dei munere.*
7. *Felix, per quem gaudia
tota iam Ecclesia
sumens exaltatur.*
8. *Orbem replet semine:
in caelorum agmine
tandem collocatur.*
9. *Iacet granum occultatum,
sidus latet obumbratum
in salutem gentium.*
10. *Ossa namque pullulare
sidus iubet radiare
Rex plasmator omnium.*

NOTA: Ad melodiam quod attinet — ex Graduali O.P. (pp. 534-538) desumenda — notandum quod parvae textus variationes, hic illuc inductae, minime obstare videntur usui ipsius, quatenus eadem quantitate sunt praeditae.

Equidem attendendum est quod strophæ 4 (« Lucem ferens ») sub melodia præcedentis textus (« Ex Aegypto ») erit canenda, quæ alteri strophæ (« In fiscella ») sibi coniunctæ respondet, gemina harmonia.

Quoad usum Sequentiæ, cf. *Praenotanda*, nn. 18-19.

11. *O quam probat carnis florem,
omnem superans odorem,
tumuli fragrantia!*
12. *Egri currunt et curantur,
caeci, claudi reparantur
eius mira potentia.*
13. *Laudes ergo [Patri] Dominico
personemus mirifico,
voce plena.*
14. *Clama petens suffragia,
eius sequens vestigia,
plebs egena.*
15. *Sed tu, Pater pie, bone
pastor gregis et patrone,
prece semper sedula,*
16. *Apud sedem summi Regis,
tam dilecti vices gregis
adiuva per saecula. Amen.*
Alleluia.

« *Erat [frater Dominicus] assiduus et devotus
in oratione super omnes homines, quos unquam
vidit* ».

(Ex Actis canonizationis S. Dominici, MOPH, XVI,
p. 155)

FORMULAE SUPPLEMENTARES MISSARUM

1. Pro sectione « Missae votivae »

MISSA VOTIVA DE BEATA MARIA VIRGINE

Ant. ad Introitum

Beata es, Maria, quia ex te mundi salus advenit; iam ergo gloriosa gaudes ante Dominum: intercede pro nobis ad Filium. (Ex Comm. B.M.V., ant. 1 ad Laud.).

Vel (in cantu):

Adeamus cum fiducia ad thronum gratiae, ut misericordiam consequamur, et gratiam inveniamus in auxilio opportuno. (Ex Miss. O.P., p. 430; Grad O.P., p. 555).

(*) Missa votiva de B.V. Maria, de qua supra, adhiberi poterit pro celebrationibus in honorem B.M. Virginis, v.g. in Sabbatis, vel in particularibus vitae Ordinis circumstantiis.

Item, adhiberi etiam poterit — tamquam *votiva* — pro tam diu optata celebratione *Patrocinii* B.M.V. super totum Ordinem nostrum — quatenus prima collecta huic intentioni correspondet —, quin aliquid immutetur in Calendario Ordinis, vel quaelibet orationes speciales « pro patrocinio » separatim introducantur in Missarum propriis.

Quoniam vero dies 22 Decembris — in qua olim ex traditione *Patrocinium* celebrabatur — est dies impedita, utpote inclusa inter ferias Adventus, quae vel ipsis Memoriis praeferruntur —, alia dies ad libitum seligenda erit pro hac celebratione (v.g. dies 8 Maii) iuxta diversorum locorum maiorem convenientiam.

Collecta

Deus, qui beatissimae Virginis Mariae singulari patrocinio Ordinem Praedicatorum ad animarum salutem institui, eiusque perpetuis beneficiis cumulari voluisti: praesta supplicibus tuis, ut, cuius hodie commemorationem colimus, illius protecti auxiliis ad caelestem gloriam perducamur. Per Dominum. (Miss. O.P., p. 258).

Vel:

Subveniat, Domine, plebi tuae Dei Genetricis oratio: quam etsi pro conditione carnis migrasse cognoscimus, in caelesti gloria apud te pro nobis intercedere sentiamus. Per Dominum. (Miss. O.P., p. 507).

Super oblata

Tua, Domine, propitiatione, in hac beatae Mariae semper Virginis celebratione, ad perpetuam atque praesentem, haec oblatio, nobis proficiat prosperitatem et pacem. Per Christum. (Miss. O.P., p. 358)

Ant. ad communionem

Verbum caro factum est et habitavit in nobis, plenum gratiae et veritatis. (Io 1,14 Miss. Rom., p. 675: Comm. B.M.V., n. 5).

Vel:

Sanctum est nomen Domini: et misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum. (Cf Lc 1,49b-50).

Post communionem

Sumptis, Domine, salutis nostrae subsidiis: da, quaesumus, beatæ Mariæ semper Virginis patrociniis nos ubique protegi, in cuius veneratione hæc tuæ obtulimus maiestati. Per Christum.

ELEMENTA PROPRIA PRO LECTIONARIO

Lectio I: Eph 1, 3-6. 16-19: « *Gratificavit nos, Deus, in dilecto Filio suo* ».

Benedictus Deus et Pater Domini nostri Iesu Christi... (deest in Lect. Rom.)

Vel:

Eph 3, 14-19: « *Det vobis Deus virtute corroborari* ».

Fratres: Flecto genua mea ad Patrem Domini nostri... (Lect. Rom. III, p. 874).

Ps. Resp. Is. 12, 2-3. 4 b c d. 5-6 (R̃.: 4 a).

R̃. Confitemini Domino et invocate nomen eius. (Lect. Rom. III, p. 845).

Alleluia. Felix es, sacra Virgo Maria, et omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iustitiæ, Christus deus noster. (Grad. Rom. p. 414; Comm. B.M.V., n. 5, Lect. Rom. III, 282).

Evang. Io 19, 25-27: « *Ecce filius tuus. Ecce mater tua* ».

In illo tempore: Stabant iuxta crucem Iesu mater eius... (Comm. B.M.V., n. 11, Lect. Rom. III, p. 287).

Vel:

Lc 1, 39-47: « *Perficientur ea quae dicta sunt tibi a Domino* ».

Exurgens Maria in diebus illis abiit in montana... (Comm. B.M.V., n. 4, Lect. Rom. III, p. 281-282).

* * *

2. Pro sectione « Missae et orationes pro variis necessitatibus » (MR, 783).

6 bis. PRO PRAEDICATORIBUS

Ant. ad Introitum

Ego vos elegi de mundo, ut eatis, et fructum afferatis: et fructus vester maneat. (Alleluia). (Grad. O.P., p. 427; Grad. Rom., p. 436).

Vel:

Euntes in mundum universum praedicate Evangelium omni creaturae: docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis. (Mc 16, 15. Mt 28, 20).

Vel:

Super omnia caritatem habete, quod est vinculum perfectionis: et pax Christi exultet in cordibus vestris. (Miss. pro Conc. vel Syn., Miss. Rom., p. 796).

Collecta

Corde famulorum tuorum, Domine, illumina Spiritus Sancti gratia: ignitum eis eloquium dona, et iis, qui tuum praedicant verbum, largire virtutis augmentum. Per Dominum. (Miss. O.P., p. [86]).

Super oblata

Famulis tuis, Domine, verbum tribue gratiosum: et, munera oblata sanctificans, corda eorum in salutari tuo, quaesumus, visita. Per Christum. (Miss. O.P., p. [86]).

Ant. ad communionem

Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi, dicit Dominus. (Cf Dominic. 34, per annum; Miss. Rom., p. 373).

Vel:

Pater sancte, sanctifica eos in veritate. Sicut tu me misisti in mundum, et ego misi eos in mundum, dicit Dominus (Miss. Rom., n. 6, p. 798).

Post communionem

Conserva, Domine, famulos tuos, Unigeniti tui corpore et sanguine suscepto, et tuum nuntiantibus verbum largitatem tribue gratiarum. Per Christum. (Miss. O.P., p. [86]).

ELEMENTA PROPRIA PRO LECTIONARIO

Lectio I: I Cor 1, 18-25: « *Placuit Deo per stultitiam praedicationis salvos facere credentes* ».

Fratres: Verbum crucis pereuntibus quidem stultitia... (Comm. Past. T.P., Lect. 2, n. 2; Lect. Rom. III, p. 326).

Vel:

II Cor. 4, 1-2. 5-7: « *Praedicamus Iesum Christum; nos autem servos vestros per Iesum* ».

Fratres: Habentes administrationem, iuxta quod... (Com. Past. T.P., Lect. 2, n. 6; Lect. Rom. III, p. 329).

Ps. Resp. Ps. 95, 1-2a. 2b-3. 7-8a. 10 (R̃. 3).

R̃. Annuntiate in omnibus populis mirabilia Domini. (Com. Past. Extra T.P.; Lect. Rom. III, p. 318).

Vel:

Ps 24, 4bc-5ab. 6-7bc. 8-9. 10-14 (R̃. cf. 10).

R̃. Universae viae tuae, Domine, misericordia et veritas. (Hebd. I Quadr. Domin. anni B; Lect. Rom. I, p. 466).

Alleluia. Vos dixi amicos, dicit Dominus, quia omnia quaecumque audiui a Patre meo nota feci vobis. Alleluia. (Com. Past., n. 8; Lect. Rom. III, p. 340).

Vel:

Sermo tuus, Domine, veritas est; sanctifica nos in veritate. (Alleluia). (Hebd. 7 T.P., fer. 4; Lect. Rom. I, p. 839).

Evang. Io 17, 11b-19: « *Ego misi eos in mundum: sanctifica eos in veritate* ».

In illo tempore: sublevatis Iesus oculis in caelum, oravit dicens: « Pater sancte, serva eos... » (Hebd. 7 T.P., fer. 4, Lect. Rom., p. 840).

Vel:

Mt 28, 16-20: « *Euntes docete omnes gentes* ». In illo tempore: Undecim discipuli abierunt... (Com. Past., Evang. 3; Lect. Rom. III, p. 336).

« Christum Dominum qui in diebus carnis suae preces supplicationesque ad Deum cum clamore valido et lacrimis obtulit et nunc sedet ad dexteram Majestatis semper vivens ad interpellandum pro nobis [cf. Hebr. 5, 7; 1, 3; 7, 25] Moniales prae oculis diu noctuque habeant.

*Meminerint etiam adhortationes Apostoli: "si-
ne intermissione orate" [I Thess. 5, 17], "im-
plemini Spiritu Sancto loquentes vobismetipsis
in psalmis et hymnis et canticis spiritualibus"
[Eph. 5, 19], "obsecro igitur primum omnium
fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gra-
tiarum actiones pro omnibus hominibus" [I Tim.
2, 1] ».*

(LCM, n. 80, §§ I, II)

II

TEXTUS CAPITULI GENERALIS

INDICATIONES QUAEDAM PRO CELEBRATIONIBUS
LITURGICIS IN ORDINE PRAEDICATORUM *

PRAENOTANDA

1. Cum Ritus Romanum instauratum Ordo Praedicatorum adoptasset, quaedam elementa Ritus proprii retinenda censuit, quibus ab libitum communitates fratrum vel monialium et sororum uti possent.¹

Insuper identidem libri Liturgiae Romanae instauratae consuetudines particuare appellat.

Ex hoc necessarium visum est usus nostros renovandos esse ut melius hodiernis condicionibus componi possint² attentis genuinis circumstantiis vitae no-

* Textus huius Documenti, utpote iuris particularis Ordinis Praedicatorum, nonnisi a Capitulo Generali (a. 1974) approbatus fuit et eiusdem iussu (Cf. *Acta Cap. Gen.* 1974, n. 172), publici iuris factus est in ASOP 43, 1977, pp. 160-168, una cum perutile commentario (*ibid.* pp. 260-273), et in *Notitiae* 14, 1978, pp. 463-489.

¹ Cf. *Acta Cap. Gen. O.P.* 1968, n. 58; 1971, n. 135.

² Cf. CONC. VAT. II, Decr. de Accommodata renovatione Vitae religiosae, *Perfectae Caritatis*, n. 3.

strae generis et morum quibus praecipue cum vocatione nostra propria consentire possimus.³

2. Structura conventualis et diversitas communitatum, in quibus nostra liturgia assolet celebrari, nos sollicitant ut ad determinatos ritus animum intendamus quo aptiori modo et harmonice spiritus nostri Ordinis in Liturgia exprimatur.

Hac ratione indicationes quae sequuntur communitatibus Fratrum, Monialium et Sororum Ordinis proponuntur ut suggestiones et orientationes generales ad rectam applicationem normarum novorum librorum Liturgiae Romanae pro nostra propria situatione.

Quas orientationes postea recognoscere poterunt auctoritates Ordinis necnon interpretari sive pro toto Ordine sive pro diversis Provinciis vel Foederationibus monialium vel Congregationibus sororum.

I. OBSERVATIONES GENERALES

De indole propria coetus liturgici in nostris ecclesiis

3. Coetus, qui in nostris ecclesiis adunatur ad liturgiam celebrandam, indolem quodammodo propriam habet. Hic una cum communitatibus nostris, quae ad

³ Cf. PAULUS VI, Exhort. Apost. *Evangelica testificatio*, 29 iunii, 1971, n. 33; LCO, n. 39; *Liber Const. Mon. O.P.*, n. 40, § 1.

celebrationem Eucharistiae et Horarum tenentur, ceteri fideles qui casu adsunt, congregantur. Omnes, sive communitates sive ceteri fideles, actionem liturgicam participare vocantur pleniori modo unusquisque suo munere fungens.⁵

De dispositione communitatis et loci

4. Quamvis obligatio liturgica communitatem afficiat et non locum celebrationis,⁶ tamen attendendum erit, secundum diversas celebrationes, ut communitas fratrum vel sororum oret, locis et partibus dispositis.

Modus orandi iuxta quem fratres sunt conversi non ad altare, sed ad invicem,⁷ modo opportuno significat praesentiam Christi in ecclesia orante (Mt 18, 20) et symbolum pulchrum continet vitae contemplativae et dimensionis eschatologicae communitatis.⁸

⁴ Cf. LCO, n. 58; *Liber Const. Mon. O.P.*, nn. 81, 85.

⁵ Cf. CONC. VAT. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 28.

⁶ Cf. LITURGIA HORARUM, *Institutio generalis*, n. 262; LCO, n. 61, § III: « Quando iusta de causa Liturgia Horarum in choro celebrari nequit, alio in loco apto persolvatur, specialiter ita ut fideles orationi liturgicae Fratrum active participare possint. » (Cf. *Acta Cap. Gen. O.P.* 1977, n. 194).

⁷ Cf. *Caeremoniale O.P.*, ed. Jandel, 1869, nn. 469-477, praes. n. 472; *Missale O.P.*, ed. Fernandez, 1965, p. 104, n. 5.

⁸ Cf. HUMBERTUS DE ROMANIS, *Opera de Vita regulari*, ed. J.J. Berthier, Vol. II, Romae, 1889, p. 84.

Quae in huiusmodi dispositionibus danda sunt, prae oculis accurate habeantur cum de sacris aedificiis disponendis vel instituendis agatur, nec non de diversis celebrationibus, attente etiam requisitis communicatione et participatione christifidelium in liturgia conventuali.

De diversis muneribus

5. Munus praesidentiae ac cetera munera in celebrationibus exercenda a libris Liturgiae instauratae determinantur.

Prae oculis etiam habenda erunt usus et consuetudines nostri Ordinis quatenus conformes ipsi naturae rerum et normis hodiernae Liturgiae.

6. Sub responsabilitate Prioris communitatis, animatio vitae liturgicae ac recta eius executio ab ipso committitur fratri magis competenti in actione liturgica et cantu exercendis⁹.

7. In seligendis iis qui varia munera in actionibus liturgicis exercere debent, ad illorum veram aptitudinem attendatur, praesertim in celebrationibus sollemnibus, potius quam ad consuetudines et ad antiquitatem in Ordine.¹⁰

⁹ Cf. LCO, n. 330; *Liber Const. Mon. O.P.*, n. 244; *MISSALE ROMANUM, Institutio generalis*, nn. 69, 73.

¹⁰ Cf. S. CONGR. RITUUM, *Instructio De Musica sacra et*

Invigilandum tamen erit ut omnia membra communitalis necnon fideles actiuose celebrationibus participare valeant.

Debital praeparatio communitalis in caeremoniis et in cantu, tempore opportuno, non omittatur; non neglectis, pro opportunitate, aliquibus monitionibus inter actionem liturgicam.¹¹

« *Sollemnitas progressiva* »

8. Celebratio conuentualis Liturgiae ex se postulat ut titulo qualitalis nuncupetur et summe conuenit ut in cantu fiat.¹²

Cum fructu tamen quandoque principium « progressivae sollemnitalis » adhibendum erit tam pro cantu quam pro ceteris aspectibus variarum actionum liturgicarum.¹³ Hoc modo quaevis communital, attentis

sacra liturgia, 3 sept. 1958, n. 95; Instructio *De Musica in sacra liturgia*, 5 martii 1967, nn. 5, 8, 11.

¹¹ Cf. S. CONGR. RITUUM, Instructio *Inter Oecumenici*, 26 sept. 1964, n. 13; Instructio *De Musica in sacra liturgia*, n. 5; MISSALE ROMANUM, *Institutio generalis*, nn. 21, 73.

¹² Cf. S. CONGR. RITUUM, Instructio *De Musica sacra et sacra liturgia*, 3 sept. 1958, n. 35; Instructio *De Musica in sacra liturgia*, 5 martii 1967, nn. 5, 11.

¹³ Cf. MISSALE ROMANUM, *Institutio generalis*, n. 19; LITURGIA HORARUM, *Institutio generalis*, n. 273; LCO, n. 65; *Liber Const. Mon. O.P.*, n. 88.

suis concretis possibilitatibus, rythmo vitae conventualis necnon temporum liturgicorum, annitetur ut accedat ad modum vivendi, per experientiam, vitam liturgicam, ita ut et Dominum glorificet et vitam spiritualem membrorum communitatis apto modo nutriat.

De modo se habendi in celebratione

9. Celebratio communitaria secum habet gestus ac varios corporis habitus ad fovendum auditum verbi Dei et plenior participationem mentis et corporis in oratione communi et in actionibus liturgicis.

Decursu temporis in huiusmodi habitibus de quibus supra quaedam opportuna aptationes fuerunt et certo in futuro erunt. Notandum est tamen saltem aliquos gestus vel dispositiones corporales semper necessarios esse in celebratione, ut plane serventur eorum harmonia et virtus. (Cf. supra, n. 4).

Dignae sunt quae laudentur investigationes nonnullae quae hac in re prosequantur, non ommissa fidelium participatione, pro opportunitate, in huiusmodi significata specie orationis.

10. Ad fovendam harmoniam in celebrationibus quaedam dantur indicationes generales:

a) Fratres celebrationes liturgicas participant in vestitu a libris liturgicis praescripto vel aptissimo ad condiciones locorum; pro Liturgia Horarum habitum

Ordinis habitualiter deferant vel vestem celebrationi vere aptam.

b) Pro ingressu vel egressu e loco celebrationis servetur usus locorum, salutato altari vel imagine Salvatoris ab omnibus sive singulariter sive simul.

c) In choro et in celebrationibus communitatis fratres inter se ordinantur modo Ordinis,¹⁴ ita tamen ut illi, a quibus aliquod munus adimplendum est, loco apto stent, et ut cantus totius communitatis facilis fiat.

II. CELEBRATIO MISSAE CONVENTUALIS

Indicationes generales

11. Missa conventualis, centrum liturgiae communitatis,¹⁵ secundum spiritum et rubricas celebretur, quae in *Institutio generalis Missalis Romani* et *Ordo Missae* inveniuntur.

Quamvis Missa conventualis nullam specialem formam celebrationis prae se ferat,¹⁶ notandae sunt tamen quaedam particularitates ex dispositione choralis provenientes.

12. In communitatibus in quibus perplures conce-

¹⁴ Cf. LCO, n. 266; *Liber Const. Mon. O.P.*, ord. 10.

¹⁵ Cf. LCO, n. 59; *Liber Const. Mon. O.P.*, n. 82.

¹⁶ Cf. MISSALE ROMANUM, *Institutio generalis*, n. 76.

lebrant, caveatur ut unite procedatur, praesertim cum agatur de liturgia verbi.

Ut incipit liturgia eucharistica, si opportunum videtur et si circumstantiae locorum et personarum id permittunt, nihil impedit quin fratres non celebrantes necnon christifideles qui intersint ad presbyterium accedere possint.

De actibus communitatis

13. Hic modus opportune ordinatur considerando usus loci et circumstantiarum, attentis indicationibus quae sequuntur.

14. De regula fratres stent conversi ad celebrantem vel ad altare:

- a) in variis dialogis cum celebrante;
- b) ad orationes (excepto si, secundum usum localem, fit inclinatio profunda);
- c) ad orationem universalem;
- d) ad totam vel ad partem *Precis eucharisticae*;
- e) ad *Pater noster* et ad orationes sequentes.

In benedictione finali fratres possunt inclinationem facere vel, pro opportunitate, recti stare.

15. Diversae partes textuum quae a choro vel ab omnibus praesentibus in quantum huiusmodi cantantur, persolvuntur stando vel sedendo, prout casus fert.

16. In lectionibus et ad homiliam omnes sedent. Durante Evangelio omnes stant conversi ad illum qui Evangelium proclamat.¹⁷

17. Fratres inclinationem profundam¹⁸ faciunt:

a) ante altare, in initio et in fine celebrationis, si non adest in tabernaculo Ss.mum Sacramentum;

b) pro opportunitate, in doxologiis hymnorum vel canticorum in lingua vernacula;

c) si placet, ad orationes et ad eorum conclusiones;

d) pro opportunitate, ante receptionem Communionis eucharisticae.

18. Si tabernaculum cum Ss.mo Sacramento adest in presbyterio, sacerdos et ministri faciunt genuflexionem ante et post Missam.¹⁹

19. Fratres genua flectunt:

a) ad Precem eucharisticam, secundum usum locorum;

¹⁷ Cf. *Ordinarium O.P.*, ed. Fr.-M. Guerrini, Romae, 1921, p. 238; *Caeremoniale O.P.*, ed. Jandel, 1869, n. 701; *Missale O.P.*, ed. Fernandez, 1965, n. 10, p. xlvii.

¹⁸ Secundum consuetudines chorales, inclinatio profunda, de qua dictum est in Missale Romano (*Institutio generalis*, n. 234), habitualiter talis esse debet ut manus super genua poni possint.

¹⁹ Cf. MISSALE ROMANUM, *Institutio generalis*, nn. 84, 233.

b) pro opportunitate, in feriis Quadragesimae et in diebus paenitentiae ad orationes et ad eorum conclusiones;

c) in *Credo* ad verba *Et incarnatus est, etc.* in festis Annuntiationis et Nativitatis Domini.²⁰

20. Alii gestus a Conferentiis Episcopalibus propositi²¹ vel a communitate in usu accepti melius significationem Missae conventualis exprimere possunt; v.g. in actu paenitentiali, in praeparatione oblatorum, in *Pater Noster* vel in offerenda pace.

III. CELEBRATIO LITURGIAE HORARUM

De ritibus observandis

21. Celebratio communis et publica Officii Divini fit iuxta ritus in *Institutio generalis de Liturgia Horarum* determinatos²² et iuxta consuetudines.²³

Quaedam consuetudines propriae Ordinis et quaedam indicationes hic dantur propter eorum valorem et tamquam suggestiones ut Liturgia Horarum in nostris communitatibus admoderate tam numero quam varietati celebretur.

²⁰ Cf. *ibid.*, n. 98.

²¹ Cf. *ibid.*, n. 21.

²² Cf. LIT. HOR., *Institutio generalis*, nn. 253-284.

²³ Cf. *ibid.*, n. 265.

De praesidentia celebrationis

22. Praesidentia Offici incumbit fratri sacerdoti, scilicet hebdomadario, ad hoc designato, vel diacono, si non adest sacerdos. In communitatibus monialium vel sororum celebrationi Liturgiae Horarum praesidet aliqua soror ad hoc designata vel, pro opportunitate, sacerdos aut diaconus, si adest.

Secundum consuetudinem nostram, Prior vel Priorissa quadam interventiones facere possunt in celebratione Liturgiae Horarum et etiam munere praesidentiae fungi in circumstantiis particularibus.

23. Qui celebrationi praesidet etiam si vestimentis liturgis sit indutus,²⁴ inter fratres locum habeat in loco aptiori pro suo munere, nisi praesentia populi vel sollemnitatis diei ad sedem in presbyterio eius locum assignare suadeat.

24. Praeter attributiones de quibus in *Institutio generalis de Liturgia Horarum*,²⁵ aliae tribui possunt praesidenti, in parvis communitatibus, v.g. legere lectiones, praesertim si sint breves.

²⁴ Cf. *ibid.*, n. 255.

²⁵ Cf. *ibid.*, nn. 256-257.

De aliis muneribus in celebratione Officii

25. Hymnorum, antiphonarum, psalmorum vel aliorum cantuum inchoatio a cantore seu cantoribus fiat, vel in suo loco vel, diebus sollemnibus, in medio chori.

26. Quando fieri potest, psalmus *Invitatorium*, responsoria, *Preces* et versicula ministris particularibus tribuentur, qui ea dicent sive in suo loco sive, pro opportunitate, in medio chori.

27. Qui munere lectoris fungitur lectiones profert vel in loco apto, vel, — si textus brevis est, — in suo loco inter fratres.

De celebrationibus sub specie festiva

28. In ornatustrarum ecclesiarum et ipsius chori attendendum est ad principia in *Institutio generalis Missalis Romani* contenta²⁶ et ad consuetudines Ordinis.²⁷

²⁶ Cf., nn. 253-280.

²⁷ Cf. LCO, n. 65; *Liber Const. Mon. O.P.*, n. 90. Cf. etiam primaevam legislationem Ordinis ubi exprimitur mens S. Dominici de aedificiis: « ita quod nec ipsi expensis graventur nec alii saeculares vel religiosi in nostris sumptuosis aedificiis scandalizentur ». (G. MEERSSEMANN, *L'architecture dominicaine au XIII^e siècle*, AFP 16, 1946, p. 146).

29. In praecipuis Horis de more candelae altaris accenduntur et Tempore paschali, scilicet a die Sancto Paschae usque Pentecosten, cereus paschalis.

30. Dum canticum evangelicum editur, ad Laudes matutinas et Vesperas, altare et deinde etiam sacerdos, fratres et populus incensari possunt.²⁸ Si magis consonum videtur, potest in istis celebrationibus incensum in medio chori uri.

Modi se habendi et gestus communitatis

31. Sicut in Missa conventuali, modus se habendi fratrum ad melius regulabitur iuxta circumstantias personarum et locorum et attendendo ad ea quae sequuntur.

32. Fratres stent versi ad altare vel ad imaginem Salvatoris:

a) ad versiculum introductorium in singulis Horis et ad « psalmum invitatorium »;

b) ad « preces » et ad orationem dominicam, si opportunum videatur;

c) ad orationem diei et ad eius conclusionem, nisi fiat inclinatio profunda.

²⁸ Cf. LITURGIA HORARUM, *Institutio generalis*, n. 261; *Caeremoniale O.P.*, ed. Jandel, 1869, nn. 1106-1115.

33. Chorus stet contra chorum:

- a) ad hymnos;
- b) ad cantica evangelica;
- c) ad « preces » et ad orationem dominicam, nisi fratres sint versi ad altare vel ad imaginem Salvatoris.

34. Ad psalmos et ad alia cantica chorus sedet vel stat prout casus fert. Omnes devote inclinant in doxologiis.

35. Omnes sedentes auscultant lectiones, praeterquam ad sollemnem proclamationem Evangelii. Ad responsoria quae sequuntur fratres modo magis idoneo se habeant.

36. Inclinatio profunda fiat:

- a) ad altare, si in tabernaculo non adest Ss.mun Sacramentum, in ingressu chori et in egressu;
- b) ad *Gloria Patri* et ad doxologias versiculi introductorii in singulis Horis et etiam psalmorum et canticorum sacrae Scripturae;
- c) ad conclusiones hymnorum vel canticorum in lingua vernacula, si de vera doxologia agitur;
- d) si placet, ad orationem diei et ad eius conclusionem nisi fratres sint versi ad altare vel ad imaginem Salvatoris;
- e) si placet, ad benedictionem in fine Horarum.

37. Si adest tabernaculum cum Ss.mo Sacramento in presbyterio fratres genua flectant in ingressu chori et in egressu.

38. Fratres genua flexi manere possunt:

a) ad examen conscientiae in Completorio;

b) pro opportunitate, in feriis Quadragesimae vel in diebus paenitentiae ad orationem diei et ad eius conclusionem;

c) ad *Salve Regina*, si cantatur, in initio et ad verba « Eia ergo Advocata nostra » usque ad « ostende ».

Pro opportunitate, fratres, in quibusdam occasionibus possunt etiam prostrationem facere.

39. Omnes se signant signo crucis in initio horarum, ad verba: *Deus, in adiutorium.*

Signo crucis os sibi signant in principio Invitatorii, cum dicitur *Domine, labia mea aperies.*

40. Alii gestus quos Provinciae vel communitates iam expertae sunt, adhiberi possunt, dummodo ad genuinum sensum et statum peculiarem diversarum partium Officii respondere, cum choralis celebratione consentire, eique stimulos exprimendos admovere possint.

IV. DE ALIIS CELEBRATIONIBUS

Indicationes generales

41. In omnibus actionibus liturgicis normae et indicationes observentur quae in libris Liturgiae Romanae inveniuntur, attentis communitatis participatione magis idonea eiusque harmonisatione cum participatione populi.

Quaedam consuetudines antiqui Ritus Ordinis servari possunt, dummodo spiritui convenient Liturgiae instauratae et unicuique parti celebrationis.

De cultu mysterii Eucharistici extra missam

42. Pro cultu mysterii Eucharistici extra missam servantur praescriptiones in Rituali Romano instaurato contentae.²⁹

De processionibus

43. Ubi fiunt processiones servantur normae librorum liturgicorum et etiam, in quibusdam casibus, consuetudines propriae Ordinis.

Iter sequendum, et stationes, si quae sint, determinantur iuxta condiciones locorum; attendendum ta-

²⁹ Cf. *De sacra Communione et de Cultu mysterii Eucharistici extra Missam*, ed. typica, 1973.

men erit ut clara appareat significatio ipsius processio-
nis.

De diversis precibus in vita communitatis

44. Pro ceteris precibus nostrae vitae communitariae³⁰ consuetudines nostrae servantur, attentis spiritu liturgiae instauratae et praesentis documenti indicationibus.

³⁰ Cf. LCO, nn. 7, 11, 69; *Liber Const. Mon. O.P.*, nn. 61, 76.

*« Fratres Christum in mysterio eucharistico co-
lant ut ex hoc admirabili commercio hauriant
fidei, spei et caritatis augmentum ».*

(LCO, n. 67)

« ... Enixe commendamus ut Fraternitates Laicales Ordinis, in oratione matutina vel serotina, Ecclesiae Officium expleant iuxta earumdem Regulam. Itaque hortamur fratres et sorores ut libentes sedulo invitent fraternitates laicales ad communem recitationem Liturgiae Horarum, ut in unum convenientes, unitas Familiae dominicanae foveatur ».

(Ex Actis Cap. Gen. 1977, n. 75)

INDICES

« ... Difficultas nostris temporibus adest in aptanda Liturgia Horarum exigentiis missionariis. Quapropter, in hac aptatione, ita unitas "vitae apostolicae" quaerenda est ut labores apostolici et celebratio Officii divini ad invicem coniugantur et simul promoveantur ».

[Ex Actis Cap. Gen. 1971: Prooemium « De Sacra Liturgia », n. 128]

Ad te matrem, Virgo Maria, cum fiducia fratres accedimus. Ad te praedicatores confugimus, quae in verba de caelo missa credidisti et ea in tuo corde contulisti.

Circum te, quae apostolorum collegio semper ades, astamus per diversitatem linguarum multarum in unitatem cordium congregati.

In te, quod recipimus, quod contemplamur, quod collaudamus, quod praedicamus, per quod vivimus, Verbum caro factum est. Sub tuo igitur praesidio, Verbi incarnati ministerio nosmetipsos hodie denuo devovemus, immo nos tibi ipsi dicamus ut, tecum Verbum intus audientes et uncti Spiritu cuius sacrarium extitisti, nomini Iesu Christi per orbem evangelizando consecremur.

Tu, illuminatis cordis oculis, Verbi mysterium cognovisti. Per te possimus eiusdem praesentiam in nostri temporis historia percipere, ut ad ipsum sine speculo contemplandum perveniamus.

Per te Pater misit Filium suum in mundum ut salvaret eum. Per te valeamus, in conspectu hominum, testes fieri veritatis, quae liberat, et dilectionis, quae congregat.

Fratrum nostrorum vota huc tulimus et hic perpendimus. Tu, Mater, vires adde et familiae nostrae conserva concordiam, ut quae decernenda iudicavimus, fraterna dilectione coniuncti perficiamus, ad mundi salutem et Dei laudem et gloriam.

[Ex Actis Cap. Gen. 1974: extrema pagina]

INDICES

INDEX ALPHABETICUS CELEBRATIONUM

CELEBRATIONES SANCTORUM ET BEATORUM

B. Aegidius de Vaozela	15 maii
B. Aemilia Bicchieri	4 maii
S. Agnes de Montepulciano	20 apr.
B. Aimo Taparelli	14 aug.
B. Albertus de Bergamo	7 maii
S. Albertus Magnus	15 nov.
B. Alphonsus Navarrete (cum Soc. mart.)	6 nov.
B. Alvarus de Cordoba	19 febr.
B. Ambrosius Sansedoni	8 oct.
B. Andreas Abellon	15 maii
B. Andreas Franchi	27 maii
B. Andreas de Peschiera	19 ian.
S. Antoninus de Firenze	10 maii
B. Antonius Della Chiesa	22 ian.
B. Antonius Neyrot	10 apr.
B. Antonius Pavoni	3 febr.
B. Augustinus de Biella	24 iulii
B. Augustinus Kazotic	3 aug.
B. Bartholomaeus Cerveri	3 febr.
B. Bartholomaeus de Vicenza	27 oct.
B. Benedictus XI	7 iulii
B. Benvenuta Boiani	30 oct.
B. Bernardus de Roquefort (cum Soc. mart.)	29 maii
B. Bernardus Scammacca	11 ian.
B. Bertrandus de Garrigues	6 sept.
B. Catharina de Racconigi	4 sept.
S. Catharina de' Ricci	4 febr.
S. Catharina Senensis	29 apr.

B. Caecilia, discipula S. Dominici (cum Diana) ..	8 iun.
B. Ceslaus de Polonia	17 iulii
B. Clara Gambacorta	17 apr.
B. Cristophorus de Milano	20 febr.
B. Columba de Rieti	21 maii
B. Constantius de Fabriano	24 febr.
B. Dalmatius Moner	24 sept.
B. Damianus de Finalborgo	26 oct.
B. Diana, discipula S. Dominici (cum Caecilia)	8 iun.
S. Domenicus P.N., Sollemnitas	8 aug.
Translatio	24 maii
B. Dominicus Henares (cum Soc. mart.)	6 nov.
B. Dominicus Spadafora	3 oct.
B. Franciscus de Capillas (cum Soc. mart.)	6 nov.
B. Franciscus Diaz (cum Soc. mart.)	6 nov.
B. Franciscus Gil de Federich (cum Soc. mart.)	6 nov.
B. Franciscus de Posadas	20 sept.
B. Franciscus Serrano (cum Soc. mart.)	6 nov.
B. Garcia de Aure (cum Soc. mart.)	29 maii
B. Guala de Bergamo	2 sept.
B. Guillelmus Arnaud (cum Soc. mart.)	29 maii
B. Gundisalvus de Amaranto	10 ian.
B. Hadrianus Fortescue	8 iul.
B. Henricus Seuze	23 ian.
B. Hieronymus Hermosilla (cum Soc. mart.)	6 nov.
B. Hyacinthus Castañeda (cum Soc. mart.)	6 nov.
S. Hyacinthus de Polonia	17 aug.
B. Hosanna de Kotor	27 apr.
B. Hosanna de Mantova	18 iun.
B. Iacobus Benefatti	19 nov.
B. Iacobus de Bevagna	26 aug.
B. Ioachimus Royo (cum Soc. mart.)	6 nov.
B. Iacobus Salomoni	30 maii
B. Iacobus de Ulm	11 oct.

B. Iacobus de Varazze	13 iul.
B. Ignatius Delgado (cum Soc. mart.)	6 nov.
B. Imelda Lambertini	13 maii
B. Innocentius V	23 iun.
B. Ioanna - Mater S.P. Dominici	2 aug.
B. Ioanne de Portugallia	12 maii
B. Ioanna de Orvieto	24 iul.
B. Ioannes Alcober (cum Soc. mart.)	6 nov.
S. Ioannes de Köln	9 iul.
B. Ioannes Dominici	10 iun.
B. Ioannes Liccio	14 nov.
S. Ioannes Macias	18 sept.
B. Ioannes de Salerno	9 aug.
B. Ioannes de Vercelli	1 dec.
B. Iordanus de Pisa	19 aug.
B. Ioardanus de Saxonia	13 febr.
B. Iosephus Hernandez (cum Soc. mart.)	6 nov.
B. Iosephus Khang (cum Soc. mart.)	6 nov.
B. Iosephus Sanjurjo)cum Soc. mart.)	6 nov.
B. Isnardus de Chiampo	19 apr.
B. Laurentius de Ripafratta	28 sept.
B. Lucia de Narni	14 nov.
S. Ludovicus Bertrán	9 oct.
B. Magdalena Panattieri	13 oct.
B. Mannes, Frater S.P. Dominici	18 aug.
B. Marcolinus de Forlì	27 ian.
B. Marcus de Modena	20 sept.
B. Margarita de Città di Castello	13 apr.
S. Margarita de Hungaria	18 ian.
B. Margarita de Savoia	24 nov.
B. Maria Barhotlomaëa Bagnesi	28 maii
B. Maria Mancini	17 apr.
S. Martinus de Porres	3 nov.
B. Matthaëus Alonso Leziniana (cum Soc. mart.)	6 nov.
B. Matthaëus Carreri	8 oct.
B. Melchior Garcia Sampedro (cum Soc. mart.)	6 nov.

B. Nicolaus Paglia	16 febr.
B. Petrus Almató (cum Soc. mart.)	6 nov.
B. Petrus Geremia	25 oct.
B. Petrus González	14 apr.
B. Petrus de Ruffia	3 febr.
B. Petrus Sanz (cum Soc. mart.)	6 nov.
B. Petrus de Città di Castello	21 oct.
S. Petrus de Verona	4 iun.
S. Pius V	30 apr.
B. Raimundus de Capua	5 oct.
S. Raimundus de Penyafort	7 ian.
B. Reginaldus de Orléans	12 febr.
S. Rosa de Lima	23 aug.
B. Sadoc et Soc. mart.	2 iun.
B. Sebastianus Maggi	16 dic.
B. Sibyllina Biscossi	19 apr.
B. Simon Ballacchi	5 nov.
B. Stephana Quinzani	3 ian.
B. Stephanus Bandelli	12 iun.
S. Thomas de Aquino	28 ian.
B. Valentinus Berrio Ochoa (cum Soc. mart.)	6 nov.
B. Villana de' Botti	29 ian.
S. Vincentius Ferrer	5 apr.
B. Vincentius Liem a Pace (cum Soc. mart.)	6 nov.
B. Zedislava Berka	4 ian.

ALIAE CELEBRATIONES

	Pag.
Anniversaria:	
Approbationis Ordinis nostri	99
Dedicationis Ecclesiae conventualis	92
Familiarium et Genefactorum O.N.	85
Omnium Fratrum et Sororum O.P. defunctorum	96
Patrum et Matrum	49
Candelarum benedictio et oblatio	
in Praesentatione Domini	48
Cantus Genealogia:	
in Epiphania Domini	43
in Nativitate Domini	101
Capitulum Sollemne:	
in vigilia Annuntiationis Domini	55
in vigilia Nativitate Domini	100
Celebrationes paenitentiales:	
initio Quadragesimae (vel alia die)	53
feria V haebdomadae sanctae	57
Cinerum benedictio et impositio:	54
Omnium Sanctorum O.P. Sollemnitas	95
Patrocinii B.V. Mariae supra totum Ordinem	
votiva commemoratio	68
Processiones:	
Candelarum, in Praesentatione Domini	48
Palmarum, Dominica de Passione Domini	56
In Ressurrectione Domini:	
matutina	61
vespertina	62
In Ascensione Domini	72
Ritus « Mandati », feria V in Cena Domini	57
Ritus proprius « Adorationis sanctae Crucis », feria	
VI in Passione Domini	59
« Sermo dominicus »: feria V in Cena Domini	58
Vigilia Paschalis	61
Vigiliae protractae	60

« Ut reapse nos omnes unum corpus in Christo efficiamur, ad exemplum communitatis apostolicae "in communione et fractione panis" (Act. 2, 42) perseverantes inveniamur oportet.

Merito igitur Constitutiones Ordinis (n. 59 § II) ad eucharisticam cencelebrationem, utpote ad totius communitariae vitae fastigium, adhortantur. ... Fratrum harmoniam et unitatem, certo certius eucharistica concelebratio non ex nihilo efficit, sed inventam auget et fovet, quatenus nostra unio et concordia, quasi per circularem ascensionem, ex amore Christi oritur et ad hunc amorem ulterius ordinatur.

Ad hoc enim ut fraterna dilectio percreseat et compleatur in Christo, in communi eucharistiam celebraturi convenimus. Ideoque concelebratio et signum extat et causa caritatis, ut "quod uno pane participamus, una simus pietate concordēs" ».

[Ex Actis Cap. Gen. 1971: Prooemium « De Sacra Liturgia », n. 128]

INDEX GENERALIS

Praenotanda

	Pag.
De indole huius Directorii	7
De eius dispositione et usu	8
De celebrationum gradibus	10
De Officiorum et Missarum elementis utendis	10
De quibusdam Liturgiae Horarum partibus	11
De quibusdam Missarum partibus	12
De liberis variationibus in celebrationibus	
ad optatam « varietatem » consequendam:	15
a) quoad Missae celebrationem	16
b) quoad Officium	17
De muneribus liturgicis Monialium et Sororum et	
de clausura pro Ministris	19
a) munia obeunda in actibus vel ritibus	19
b) opportuna commutationes divini Officii	20
c) ingressus intra limites clausurae	21
De modalitatibus et caeremoniis servandis in cele-	
brationibus nostris	21
De celebratione in cantu	22
De celebrationibus Calendario addendis	24
De celebrationibus quae a solo fiunt (privatim)	25
De mysteriis Domini et cultu Sanctorum	26

Promptuarium Rubricarum

[A] Sollemnitas	29
[B] Festum	30
[C] Memoria obligatoria	31
[D] Memoria ad libitum	33
I De modo ordinandi Officia et Missae in Memo-	
riis ad libitum occurrentibus:	33
a) diebus ordinariis	
b) tempore privilegiato	

	Pag.
II De ipsa facultate eligendi Memorias ad libitum:	34
a) in feriis quae admittunt has celebrationes	
— Officium alicuius Sancti vel Beati	
— Missam de aliquo Sancto vel Beato	
aut pro variis necessitatibus	
vel votivam aut defunctorum	
b) publicam ob causam aut devotionis gratia	
c) si aliqua vera necessitas vel utilitas adsit	
III De Memoriis ad libitum eligendis Beatorum Calendarii « ad usum Provinciarum »	35
IV De Memoria Sancte Mariae in sabbato	36

Calendarium Sanctorum et Beatorum O.P.

Indicationes pro quibusdam anni liturgici celebrationibus [sparsim allatae]:

In Epiphania Domini	43
In Praesentatione Domini	48
Tempore Quadragesimae	53
In vigilia Annuntiationis Domini	55

Hebdomada Sancta

Dominica in Ramis Palmarum de Passione Domini	56
Feria V Hebdomadae Sanctae	57

Triduum Paschale

In Cena Domini	58
Feria VI in Passione Domini	59
Sabbato Sancto	60
Dominica Paschae in Resurrectione Domini	
I Vigilia Paschalis	61
II Processiones (matutina et vespertina)	61

In Ascensione Domini	72
In Assumptione B.M.V.	81
In vigilia Nativitatis Domini	100
In Nativitate Domini	101

Appendices

	Pag.
I. Textus liturgici	
Praefationes propriae	
1. S.P. Dominici (in Translatione)	105
2. S.P. Dominici (in Sollemnitate)	106
3. S. Thomae Aquinatis	107
4. S. Petri Martyris	108
5. S. Augustini, ep. et Eccl. doct.	109
6. S.P. Francisci Assisiensis	110
Sequentiae peculiare	
1. « Laetabundus »	111
2. « In caelesti hierarchia »	112
Formulae supplementares Missarum	
1. Missa « votiva » de B.M.V.	115
2. Pro Praedicatoribus	118
II. Textus Capituli Generalis ((circa caerimonias)	
« Indicationes quaedam pro celebrationibus liturgicis in Ordine Predictorum »	123
Praenotanda	
I Observationes generales	124
De indole propria coetus liturgici in nostris ecclesiis	124
De dispositione communitatis et loci	125
De diversis muneribus	126
« Sollemnitas progressiva »	127
De modo se habendi in celebratione	128
II Celebratio Missae conventualis	129
Indicationes generales	129
De actibus communitatis	130
III Celebratio Liturgiae Horarum	
De ritibus observandis	132
De praesidentia celebrationis	133
De aliis muneribus in celebratione Officii	134
De celebrationibus sub specie festiva	134
Modi se habendi et gestus communitatis	135

	Pag.
IV De aliis celebrationibus	
Indicationes generales	138
De cultu Mysterii eucharistici extra Missam	138
De proceßionibus	138
De diversis precibus in vita communitatis .	139

Indices

Index Siglorum et Abbreviationum	37
Index Alphabeticus Celebrationum	143
Index Generalis	149

« Donet Dominus ut observetis haec omnia, tanquam spiritualis pulchritudinis amatores, et bono Christi odore de bona conversatione fragrantés, non sicut servi sub lege, sed sicut liberi sub gratia constituti ».

(Ex Regula B. AUGUSTINI, episcopi)

FINITO DI STAMPARE
NEL MARZO 1979
TIP. OLIMPICA - ROMA
P.LE NUMA POMPILIO, 4